Istud electuariū nō est in vsu: sed **A**lcolaus ipsum laudat mirabilitet.

Herba adhil fm Nicolauum in libro 7 ca pi. predictis est herba de qua quidam dicit q̄ est herba quam comedut aquile z confricant oculos suos: z d̄ q̄ est eufragia. postea iterum ait. verū alij dicunt q̄ est quedā species herbe albe: cuius folia quādo rumpūt in loco rupture faciunt fila quasi ad modū bombactis: z est amari saporis. ab Auic. vocata bōbacum. a quibusdā cassilago. a quibusdā dicitur herbaverula z postea dicit. verula est autē zc. neq̄ per id Nicolauus cognouit quid esset herba adhil. ipse dicit q̄ ab Auic. vocata est bombacū: de quo non reperitur vlluz fecisse capitulū in sc̄do casū. vbi de simplicib⁹ tractat: z dicit q̄ a quibusdā cassilago dicit: qd̄ nō credo: quia cassilago est usquamus: sed sit quomodocunq̄ prima expositio est melior: hoc est q̄ herba adhil est eufragia. quia in hoc multum valet. Præterea Mathews silua. in ca. de eufragia inquit sic. eufragia latine arabice herba adhil. Mesue in capt. de egritudinibus oculorum laudat ipsam. sed cōtradicit Jo. cōcorregius in ca. de debilitate visus: qui inquit. herba adhil. i. tua muscata: s̄ fm alijs eufragia: q̄ nō credit. sed mea opinio est q̄ adhil sit eufragia.

Celidonia fm Psido. ideo dicitur vel q̄ aduentu hirūdinum videtur erumpere: vel q̄ pulis hirūdinum si oculi auferantur ma tres eorum illis ex hac herba mederi dicuntur. liber qui dicit bulcafiz in tractatu sc̄do in capi. de modo colligendi lac celidonte: z extrahendi succum eius inquit. principius ortus celidome est quando hirundines incipiunt apparere: z quādo desinunt apparere deficcatur z nō apparet: z propter hoc appellatur herba hirundinuz zc.

Diabutrum expertum in lib. iij. in capi. de ruffi. s̄. mellis dispumati: z butiri añ. 3. iij. cimini: anisi ana. 3. 5. itquirrie. 3. i. confice i forma loch.

Istud electuarium nō est in vsu. z sicut reperi apud Dubasius in capi. de ruffi. est ex auctoritate ipsius.

De butiro Auicē. in sc̄do cano. duo capi. facit: vnum de butiro simpliciter: aliud de butiro non recenti. Serap. de butiro lacte z caseo i vno capitulo loquitur. z sic inquit libē. i. lac. lubō. i. caseus: zebd. i. butirum. ferum. i. mantega. Papias dicit butirum pinguedo que ex lacte colligitur. est tamē pinguis z solidius oleum ex butiro fit.

Diapigamum in libro quinto in capitulo de inflatione z tensione stomachi. s̄. nitri pipe-

ris. cimini infusi i aceto z postea torrefacti ana. 3. iij. foliorum ruthe siccorum ad pondus omnium. Conface cum melle z fiat.

Hec cōfectio apud nos est multū in vsu: sed non sub hnc nomine diapigamuz. immo sub nomine diaspoliticon: qd̄ idem est. Ipse Nicolauus in eodem libro inquit. diapigamum. idest electuarium de rutha. postea in capitulo de debilitate digestiōis ponit electuarium de rutha qd̄ idem est cum diapigamo. z sic dico q̄ electuarium de rutha fm Nicolauum diapigamum z diaspolitico idē sunt. de quo infra in diaspolitico. Dias. in capitulo de rutha ponit descriptionē diapigami que cadē est. Macer in cap. de rutha describit diapigamū in versiculis icipiēdo. Ex hac atidoti nō paucis vtile causis. Cōficatur medici dicunt diapigamū illud. Pēgamon in greca nra quia rutha vocatur. Illius antidoti cōfectio talis habet. Pōdere tunge parti nitri piper atq̄ cimini. De trib⁹ his tantū de rutha ponito quantū. Sed prius ex acri vno macerare cimini Lōnuent et ferro post assari calefacto oia deinde simul bene trita ex melle ligabis zc.

Aurum. idest affronitri in ista cōfectioe laudatur salnitri quo vruntur bombardarij quia est fortius q̄ sal panis.

Electuarium de ficibus in eodē libro in ca. de cura colice ex fece z est vtile senibus. s̄. croci hortensis. zinziberis albi mundi. añ. 3. ij. terantur z cribellent. ficuū albarum pingui numero. xxx. terantur i vno mortario ligneo in modū q̄ non appareant grana z si non possunt teri bene ferueant modicū z ponatur cū eis de ba urach. i. affronitro z fece argēti. añ. 3. 5. z pistentur oia simul z incorporentur cū melle dispumato in quo misceatur de aqua in qua decoctē fuerint z fiat.

Istud electuarium non est in vsu. sed fm intentionem Nicolai est vtile senibus.

Crocus hortensis est crocus africanus siue hortulanus cuius semē gincus seu cartamus dicitur.

Ficus. idest cartica fm Psido. inquit ficus a fecunditate vocatur est enim arboribus ceteris fecundior: nam terq̄ quaterq̄ per singulos annos generat fructum. atq̄ altero maturecente. alter abortit. hinc z cartica copta nominata zc. est alia ficus dicta pharaonis siue ficus fatua siue sicoromus est nomen cōpositū a ficos grece z quod est ficus z moro latine zc. Unde sicophāta. idest comestor ficuū vr apud terentium.

Sex argenti fm Nicolai est scoria argen-

tl. ego puto q̄ sit merdasengi quod alto noīe litargirium appellatur.

Electuariū de cicadis in eodē lib. in c. de cura lapidis. ꝑ. cicadaruz abiectis capitibus alis: ꝛ pedib⁹: granorū solis: seīs saxifragie. añ. ʒ. j. pipēris galange: cinamomi añ. ʒ. ij. li gni aloes. ʒ. ʒ. mellis quod sufficit.

Istud electuariū nō est in vsu. **I**sidorus in cap. de minutis volatilibus inquit. **L**icade ex cuculoy nascitur spūto. he in italia a pud reginos multe sunt. nec vsq̄ a lbi. **S**ic⁹ medicie ait. cicade sunt vermes ad similitudinem locuste: ꝛ habitāt in locis calidis quidam nō sapientes dixerūt q̄ cicada est aīal parūū vergens ad nigredinē q̄ in capite ipsius hz duo cornua minuta: ꝛ in spe estatis minoris caliditatis apparet: ꝛ volat sup̄ cacumina domoz vel altarū reruz: ꝛ ibi stat et garrit q̄sq̄ sol amittat suā caliditatem: ꝛ predictū aīal a multis vulgari noīe sic ē vocatū.

Grana solis. i. mltū solis siue lithospon Serap. in c. de milto solis inquit ex auctoritate. **S**al. in trāslatone batarte liscos: q̄ ē semen qd̄ assimilaf lapidi: ꝛ est chulb. i. mltū um solis: ꝛ semen herbe q̄ d̄ stroncos: q̄ si bitur frangit lapidē ꝛ ꝑuocat vīnā. Serap. iterū ait ex auctoritate abē mesuai calbasari: q̄ achulb deserf ab idia: ꝛ assimilaf semini lini nisi q̄ est mar⁹: mīroz tñ q̄ Ser. dicat q̄ mltū solis hz semē simile semini lini: ꝛ tñ illud quo nos vtimur nō assimilaf semini lini. hec herba in nris hortis nascit ꝛ abūdat plu vīnū: q̄suis dicat Sera. q̄ deserf ab india.

Medicamen de sifileos in lib. vi. in c. de sterilitate. ꝑ. sifileos. limature eboris: radicz: ꝛ granorū pcome: darisafā añ. ʒ. j. ʒ. cinamōi: cypert. calami. aromatici: squamāi artemisie añ. ʒ. j. nardi. s. spice gariof. folij. mastics oliban añ. ʒ. ʒ. ambre purissime. ʒ. ij. mellis q̄sum sufficit.

Istud medicamē de sifileos. i. sileris mōtant non est in vsu.

Darisafā est cortex radicū huzie. siue cortex radicū mali granati agrestis apud **D**iasco. vocatur aspalum. de quo dictum fuit in electuario de vīno.

Artemisia. i. mater herbarum.

Mastix est gummi lentisci vel species ei⁹ **D**iasco. in cap. de thure ait. thure lachrimuz est arboris que grece libanus dicitur.

Electuariū de iua in libro septimo in cap. de preseruatione a doloribus iuncturarum ꝑ. iue recentis subtilissime incise. ꝛ conficiatur cum melle ꝛ fiat fm̄ artem.

Istud electuariū apud nos est in vsu. ip

se est **N**icolaus non ponit dosim tue: sed ꝑ portio mellis ad tuaz apothecarijs est nota

Qua fm̄ **S**imonē ianuensem est tua. vt dicit supra in camepitos. ipse vero in capitulo de camepitos ait. q̄si in fine. vide q̄ nulla istarum specierū sit illa qua moderni vtuntur ꝑo camepitos **A**rbitratus fuit q̄ ꝑima istarum sit planta illa. quam tuam moderni vocant ꝑoꝑter similitudinem huius descriptionis cum ea. ꝛ ꝑoꝑter experientiam que inuenitur in ipsa in sciatica qua ipsa laudatur. ꝑoꝑtea vero intellexi q̄ apd̄ grecos sic illos maxime ipsam tuam camepitos vocāt ꝛ sic ex meo iudicio credo q̄ vera tua sit camepitos. ꝛ qui non credit cōsideret formā camepitos q̄ apud **D**iascoidem vocatur camepitis. ꝛ ponit species tres. quarū vna est spana super terram. ꝛ giberofa habens folia. añ. ʒ. i. semper viue minor siue ꝑmulari similia: sed tenera ꝛ pinguiora ꝛ aspera ꝛ spissa circa vīrgas odorem redolentia pini ramulos mittit oblongos ꝛ curuos in similitudine ancuse: id est lactuce asini ꝛ frondiculum tenuem: vel semen cum tenui coma flores minutos ꝛ mellinos ꝑfert: ꝛ semen nigrum. odorem picturuz. id est rafine ꝑm. vide ergo illā tuam qua vtimur ꝛ aggrega ipsam cum illo capitulo de camepitos ꝛ videbis q̄ in odore in oibus tua est camepitos: ꝛ oēs spēs habēt odore pini: sed nobilior est que magis odore pini refert. illud vero camepitos quo vtuntur moderni: nō habet formam camepitos: vt describūt nōstri auctores sicut est notum eruditis apothecarijs. **M**esue in capitulo de egritudine bus laudat ipsam sub noīe zizimā ꝛ est tua.

Electuariū de anagalto siluestri in lib. vii. in ca. de cura eminetie vmbilic. ꝛ est multū vtile. ꝑ. radicum eius bene decoctarum in vīno austero: ꝛ ꝑoꝑtea optime cōtritarum. ꝛ mellis dispumati añ. lib. ij. ꝛ coquantur lento igne vsq̄ ad perfectionem: ꝛ tunc supponatur puluis qui sic fit sanguinis dracontis ʒ. ʒ. mastics. ꝛ pilozum lapidis incisor. añ. ʒ. ij. gummi arabici. ʒ. ij. lapidis ematicis. ʒ. j. nuctis cypressi. ʒ. ii. gariofolozum: mastics cinamomi: nuctis mncate añ. ʒ. iiii. pipēris ʒ. ziberis: croci añ. ʒ. j. ꝛ bene incorporentur ꝛ fiat electuariū.

Istud electuariū nō est in vsu: s̄ fm̄ intentionem **N**ico. est vtile.

Anagali fm̄ **D**ia. sunt due spēs: vna est q̄ florem iacintinū ꝑfert. s̄ apud Sera. hz florem celestē. altera est cuius flos dactili colorē habet: s̄ apud Serap. hz flozē rubeuz

et est plantula habēs folia subtilia parua: et ramos quadrangulatos. z ambe habent semen rotundū simile semini coriandri apud nos in priatis ac vijs reperitur. Quidam ex posuerunt q̄ esset cicorea: q̄d non est. a liq̄ sit matorana: quod nō est: alij auricula muris dicunt q̄d nō est. Aui. in. ii. cañ. capitulū vnuz facit de auricula muris. aliud de anagalo: in capitulo de anagalo inquit est duobus modis. vn̄ ooz est cuius flos est citrinus z alius cuius flos est celestis hic tertius Aui. videtur corrupt̄ dū nō dicit q̄ prima species anagali h̄z florez rubeum: vt dicit serap. Salienus in sexto simpliciuꝝ inqt. anagalus. i. morfus galine. z dicitur q̄ vna habet florem celestis coloris z alta rubei. z sic est fm̄ veritatē z est quam nostro idiomate morgeltnam: aut morsum galline vocamus aliquādo ipiam Mart. siluaticus dicit morfus galline vocatur a quibusdam anagalus qui ipia vocatur quidam morgeltinā vocant zc. Nicolaus dicit electuarium de anagali co siluestri. i. de illo qui flozē rubeū gerit zc. Confectio boli armeni in libro quarto in capitulo de preuisione cautelis: z custodia a venenis z eorum nocumentis in generali. R. boli armeni: terre sigillate añ. 3. j. granoruz tumperti. 3. 5. Conficiantur cum melle. dosis est. 3. ii. cum vino.

Hec confessio apud nos nō est in vsu: bolus armenus est quedam vena terre que reperitur precipue in armentia z eligendum ē furubem: apud Aui. vocat lutz armenū. Electuarium de moris scdm̄ michaelem sauonarolā in capitulo de dissenteria intestinali. R. carniū mori immaturū. 3. iiii. zucari lib. vnā coque cū facilitate deinde p̄ sic stiptica calida aut frigidavt exigit dispositio: z fiat electuariū quod apud nos in vsu non est.

Confectio chifodea fm̄ Salienum in tractatu octauo in meumtr in capitulo de cura passionum epatis. R. carniū passularum. 3. xxv. croci. 3. i. calami aromati. 3. ii. bdelij tudati. 3. ii. 5. cinamomi. 3. j. cassie. f. lignee 3. 5. spicilicet nardi. 3. iiii. squināti. 3. ii. 5. murre. 3. iiii. z in alto. 3. iiii. terbenitine. 3. iiii. limature aspaltri. 3. ii. mellis. 3. xvi. vini q̄d sufficit zc. H̄stud electuarium apud nos est in vsu: sed non vtimur sub nomine chifodea: immo vtimur sub nomine electuarij de vino. ipse Salienus describit tibi duas descriptiones: quarum prima est nobilior: z dicit q̄ chifodea nominatur: et enim in odore z in gustu similis est vocato ab egyptijs chifi qui pu-

mo composuerunt hoc z vntur eo. Idē in partibus nostris facim̄: z sic postq̄ ego ag gregaut istud electuariuz de chifodea ap̄ Salienum cum vno electuario q̄d habetur ab Aui. in tertio quem nos facimus sub nomine electuarij de passulis seu de vino. vidi q̄ idem sunt z sic vt melius z aptius rem dinoscas lege illam descriptionem quas superius posui sub nomine electuarij de passulis cum ista z videbis q̄ eadem est. Franciscus de pedemōtium: in capitulo de debilitate epatis h̄z eandē. Michael sauonarola in ca. de debilitate epatis h̄z eandē.

Limatura aspaltri seu aspalei. id ē rasura aspaleos. z hec est arbor sicut narrat Dia. q̄ nascitur in asia: z rhodo: cuius species duplex est. Est enim vna spinosa fructicē z trisum grauem habēs z depositum cuz cortice purpureo vel rubro: z depresso odoris summi z amari. altera est alba: lignosa z imbecillis zc. quid autem sit fere ab oibus ignoratur. fm̄ aliquozum modernozum medicorum opinionem tenetur q̄ sit aspalcum. i. bitumen tudatcū: s̄ nō recte. nā si Salie. habz aspaltri fuit errore scriptoris: qz d̄z dicere limature aspalei. z est quedā arbor que ap̄ Se. z Aui. vocat darsifahā sic est fm̄ veritatē. nā ibidē aui. loco et̄ h̄z darsifahā. q̄d idē est. Michael sauonarola loco aspalei h̄z radicē spine. indezibi ait: loco et̄ p̄or ponti xilocaracta. vt vult Simon ianuenis. verū aui. loco eius ponti fruct̄ altembuch. i. xilocaracta. z hoc aduenit quia ipse ignorauit. qd esset. verum loco eius xilocaracta potest poni: tamen idem nō est. sed Sera. vere agnouit ipsum dicens q̄ est arbor granati siluestris: z sic est fm̄ veritatē. nā si legis capitulum de aspalcos apud Dia. cū ca. de arbore granati siluestris: seu darsifahā videbis q̄ idem est. Preterea Johānes arculanus in capitulo de debilitate epatis inquit: darsifahā: id est arbor granati siluestris. fm̄ vno modernozum sententia z granati siluestris due sunt species: quarum vnum est darsifaham: seu arbor dicta amiberberis: cuius fructus dicitur abel: z de hoc a multis licum efficitur. vnde rasis in sinonimis suis dicit licuz loch. de aqua in aqua cortices berberis coquantur: z sic approbatū fuit q̄ arbor berberis in debilitate epatis: ac in fluxu epatico multum valet. Aliud est xilocaracta: siue si liqua: siue charubie que sunt idē: z sic a modernis vnū pro alto ponitur: sed debent ponere corticem buzie: id est corticem radice mali granati seu berberis. z est arbor dicta

apud herbatcos crispinus. hec duo apud sapientes sunt ex secretis aliorum.

Cimū satis notuz est. Sera. de ipso loquitur in capitulo de vite et eius speciebus: et quod ex eis sunt. Galieno. aut vinum dictum est: eo quod eius porus venas sanguine cito repleat: hoc alij quod nos curis soluat item appellat. alij lineū a lentendo. veteres vinū venenū vocabant: sed postquam inuentū est virtus letiferi succi. hoc vinū vocatum est illud venenū. unde et Hieronymus in libro quod de dignitate conseruanda scripti adolescentias dixit ita vinum bibere debere fugere vt venenū: ne per etatis calore feruenti bibat perire. Unde est quod apud veteres romanos femine non vtebantur vino: nisi factorum causa certis diebus. hodie vero inuentūtur homines multi: qui si non biberēt vinum deficerent omnino. Johannes anglicus in cap. de passionibus stomachi recitat hos versus. Dat vinum purum tria nobis comoda prima. Confortat stomachum: cerebrū: cor dat tibi letū. Aures multiplicat: et viscera plena relaxat. Efficit audacem: sudorem puocat aprat. Ingenti talis lufus cogaudet amico. Sit mensura comes ne violetur opus. Nam sine mensura deperit omne quod est.

Dicitur autem electuariū de vino quod ingreditur et debet coqui cum magna diligentia. Confectio diaspoliticon secundum eundem in tractatu quarto de regimine sanitatis. Et cimini pipis longi: folioz rute: niri. an. 3. iij. terantur grosso modo et cum melle bini dispumato quatum sufficiat fiat confectio.

Hec confectio est in usu. ipse vero Galienus in sexto de regimine sanitatis ipsam describit et solet confici dupliciter. Quidam enim componunt ipsa ex 3. iij. rute viridis: et alioz equali pondere. sed secundum modernos ex oibus componentibus sumit equali pondus: et conficitur et sunt ex hoibus qui vocant istam confectioem siue istud antidotū electuariū de ruta. verū ipse Galienus in cap. de medicinis zenonis in suis experimentis habet electuariū de ruta: quod idem non est. forsitan illo tempore non erant idem: sed apud multos modernos idem sunt. nam Petrus argillata in cap. de virtute splenis inquit. confectio diarutha: et ibi habet eius descriptionem sicut habet hic Galienus. in fine eius descriptionis dicit. et Galienus appellat hoc diaspoliticon. Nicolaus florentinus in libro quinto. in cap. de inflatione et tensioe stomachi ait: diaspolitico. i. electuariū de ciminio. nam apud medicos vocatur hoc electuariū de ciminio cum speciebus grossis.

Aulc. in v. canonis habet diaciminū Galienus in quod idem est. Dia. in c. de ruta h3 idem Macer in eodem cap. h3 idem sub nomine diaspigami. unde per hoc possumus dicere diaspoliticon confectio de diarutha: diaspigamō et electuariū cum speciebus grossis esse idem vide supra in diaspigamon.

Ciminū. s. ciminū vsuale. hic Galienus non dicit si ciminum debet poni infusum in aceto: et torrefactū: aut non. verū nostri doctores magis laudant ipsum debere poni infusum in aceto et torrefactū quā non infusum. nam Petrus argillata. Nicolaus. Dias. Macer. et alij. habent omnes ciminum infusum. et idem volunt facere hodierni: et modus est quod accipiat ciminum: et mundetur a sordibus eius: et supponatur acetum quantitatē sufficiens et ibi dimittatur per diem et noctem: deinde extrahatur et desicceat: et eius torrefactio est quod ponat sup patellam ferream latam: et calefiat ipsa sine ciminio. deinde auferat ab igne et statim cito superponat ciminū et ipsum misceatur et voluat semper cum aliquo: hoc fiat bis vel ter quousque eius torrefactio sit completa et vtere vbi oportet. idem potest fieri de alijs seminibus. Species pipis note sunt. ac eorum nomina et greca: et latina: per piper vero absolute piper nigrum intelligimus: aut quoniam bilitus: aut quod fortis est alijs. aliquando tamen secundum diuersas intentiones in aliquibus electuarijs ac confectioibus magis conuenit piper album aut longū quā nigrū. sicut in confectioe prume descripta in qua licet aliqui dicant debere poni nigrū. plurimi tamen ac fere omnes laudant apponendum esse piper longū. ab aliquibus vero magis laudatur pip album.

Ruta est herba satis nora. Dia. autē laudat illam que nascitur circa cucumeres. Alii vero laudat illam que nascitur circa arbores ficus. hic Galienus non dicit si ruta debeat esse sicca. aut viridis verum moderni doctores laudant mediam inter viriditatem et siccitatem. Dia. in eodem antidoto dicit rute viridis. Petrus argillata dicit et vult quod ruta non sit sicca nec viridis: et sic debent facere apothecarij.

Nitrum. id est affrontitrus. Aul. loco eius habet baurach. id est sal rubeū. idem inquit baurach est fortius sale et est de genere virtutis eius. idem in ca. de nitro ait. nitrus est baurach armenum. in loco eius sunt ex hoibus qui ponunt sal panis: et sunt ex hominibus qui ponunt sal niri quo vtunt bobardant et hoc est fortioris nitris in hac materia.

Diacapparis secundum Silbertum de anglia in cap. gij

pitulo de vitijis splenis. ꝑ. cappariz. ꝑ. iij. squille. i. cepe muris assari: centauree: piperis. s. nigri: rhini: apij: seminis git. a grimonie radictis. añ. ꝑ. i. melis qđ sufficit.

¶ Istud electuariuz non est in vsu. apđ nos cappariz seu kappariz cum k. est planta vel frutex spinosa spansa super terraz spinis vñ ctis plena sicut rubus. folia similia citonto fructum similem oliue qui si aperiat emittit florem albus: si vero ceciderit de planta sua apparet longuor balanus: et tunc si aperiat inuenitur in eo grana minuta: et hoc in alexandria maior reperitur. et in magna copia radictibus vocat ipsum bubugi.

¶ Sit. i. semen nigelle nigre que vocat melachion de qua supra dictum fuit.

¶ Diacerafeos ibidez. ꝑ. succi cerasoz lib. iij. mellis lib. iij. diagredij. ꝑ. xxvij. cinamomi mastictis. ana. ꝑ. i. conficiantur sic. succi cum melle lento igne ad spissitudinem decoquet et in eo pulueres teredos temperabis cũ. ꝑ. iij. mäne et retinet vsqz ad sero.

¶ Diacerafeos autez dicitur a succo cerasorum que recipit plusqz de alijs rebus. cerasa fm Serap. sunt grana parua similia pinis. et sunt in oriente et est granu regum. et est illud quod apud nos est itelligendū est iuxta auctoritatem Sera. granu regum duo significare etem fm ipsum significare videtur cerasa fm vero illustres medicorum sicut Auic. in. ij. canonis. cap. de mehemberthene. et Mesne capitulo de albemefuch est cherua siue cataputa maior. Zsidorus in capitulo de ꝑ prijs nominibus arborum inquit. cerasus a ceraso vrbe ponti vocata. nam lucullus cum cerasum ciuitatez ponti delessit hoc genus pomi inde aduenit et a ciuitate cerasuz appellauit arbor em cerasus pomu cerasuz dicitur.

¶ Diadragantum calidum fm eundem in cap. de strictura toracis. i. pectoris. ꝑ. draganti tri duo in aqua infusi tempati. ꝑ. iij. et isopi. ꝑ. i. et ꝑ. iij. cinamomi. ꝑ. i. zinziberis. ꝑ. i. liquiritie et succi eius ana. ꝑ. i. et gf. xv. confice cũ calamento draganto cum sufficienti melle et lento igne ad spissitudinem decoctis post ab igne deposito et puluere specteruz adde et vsu re serua da in modum castane.

¶ Diadragantum autem dicitur a draganto quod recipit. dicitur calidum ad differentiam alterius descriptionis que dicitur diadragantuz frigidu que superius posita fuit et dixerunt quidam qđ ambe descriptiones sunt de mente Nicolai. possunt etiā esse ambe de mente Siliberti: naz Silibertus in ca-

pitulo allegato ambas descriptiones composuit. ille vero quem voco lumē male lucēs ambas posuit descriptōes de mente vt asserit Nicolaus. et tamen ambe a vera descriptione declinant nec fm eius descriptiones debent construi dicte confectiones.

¶ Diapente fm eundem in cap. de causis tussis ꝑ. storacis oprie: mirre: draganti galbani. croci: opij. ana. ꝑ. xvj. balsami. aut olet nardini mellis quod sufficit.

¶ Istud electuariū in vsu nō est. Nicolaus flozē. in lib. v. in cap. de tussis. hz electuariuz diapente qđ quasi idē est verū Nicolaus ponit iusquamū albū. Silibertus loco eius habet opiu. Nicolaus hz ciminū torrefactu Silibertus habet crociū. in reliquis idem sunt.

¶ Diacassia fistula fm Jo. cōcoregiū in cap. de paraleli et ictigatione. ꝑ. pūnoz damasce norum violarum. añ. lib. ꝑ. bulliāt in libris. v. aque vsqz ad consumptionē tertie partiaz colature addatur mäne cassie pinguis et mū de ana. lib. ꝑ. tamarindorum. ꝑ. v. lente igne et claro vsqz ad spissitudinem. deinde addatur candi puluerizati. id est zuccari candi. ꝑ. iij. penidij. ꝑ. iij. zuccari rubi lib. ꝑ. i. sirupi violati. ꝑ. i. fiat electua. et est ꝑ delicatis et eius dosis est. ꝑ. i. vel. ꝑ. i. ꝑ. i.

¶ Diacassia autez dicitur a dia qđ est confectio. cassia dicitur: qđ in ipsa cassia ingreditur supra posita fuit vna alia descriptio que est ex auctoritate frāctici de pedemontiu qđ apud nos nō est in vsu. verum nostri doctores magis laudant istam descriptionem: qđ est confectio leuis: et fit pro delicatis.

¶ Electuariuz lentium. Recti. passularum. ꝑ. iij. capilozum vene. viola. ordei. ana. M. c. i. i. u. barum sebesten ana. numero. xx. liquiritie. ꝑ. i. pūnoz tamarindorum ana. ꝑ. vj. foli culozum. sene polipodij. ana. ꝑ. iij. misce et fiat decoctio ad consumptionem tertie partiaz deinde addatur mercurialis. M. f. ꝑ. bulliāt bullitione vna et coletur et dissoluatur pulpe cassie: tamarindorum: pūnoz zuccari feni: zuccari violati. ana. ꝑ. vj. coquendo lento igne semper mouendo cum spatula in fine adde pro qualibet libra electuarii. ꝑ. i. ꝑ. iij. folliculozū sene. et fiat electuariū fm ariē.

¶ Istud electuarium apud auctores nō inuenitur nec apud nostros doctores est in vsu: sed vtuntur ipso in partibus venetiariuz et vtuntur ipso in illis partibus sicut nos vtuntur dia pūni non solutiuo.

¶ Mercurialis est herba que in nostris partibus in ciuitatibus inuenitur iuxta muros. et dicitur vulgo mercoela hec apud Dia. vocatur h-

nozotis. et sic eam vocat Gal. in vij. simpliciū. Plin. ait limozotis siue ptenius a mercurio inuentus est. id apud grecos ermpozona dicitur nā multi vocant mercuriale.

Electuarium de farfara. ꝑ. radicum farfare lib. i. lauent bene in aqua: et decoquantur optime. deinde pistentur cum ꝑ. iij. passularum et ꝑ. iij. pinearum in mortario lapideo post hoc ꝑ. zucca. albi lib. ii. et dissoluatur in predicta decoctione farfare. et coquantur ad formam electuarij. deinde addant pulueres ifrascripti. ꝑ. dragantia lib. ꝑ. ii. cinamomi: mactis croci. asi. ꝑ. i. succi liqui ꝑ. i. ꝑ. nucis musc. ꝑ. j. misce et fiat electuarium.

Istud electuariū apud medicos papienteses nō est multum in vsu: sed apud medicos Mediolanenses magis est.

Farfara nō a modernis dicitur vngula caballina. quidā mali herbarici crediderūt qd hec in vineis inueniatur: sed falso. nam apud nos et ꝑ. species sunt due. quarum vna habet florem album: et hec dicitur nenufar: et est illud quod magis vsui medicine competit altera habet florem rubeum: et est apta in medicina sed non tantū. et vtraq; in aquis inueniuntur apud sapientes note sunt. apud Aut. in secundo cañ. vocat nenufar. et dicit qd Sa. vocat tpm caulem aque: et noiat granū eius granū spōsi: hec apud Dia. vocat nymphae siue vt alij cacab⁹ veneris. i. papauer palustre: siue vt latini alga palustris. Antonius musce: idē nomen herbe nymphae a grecis dicitur pro thea alij cacabos: alij litometra: alij androcinos: alij idrogotos: alij heracleos: alij arnenon. itali nymphaeam vocāt.

Electuarium cōtra pestem fm dñm benedictum de Nursia phisicum illustrem. ꝑ. boli arme. diptami albi: mire: pimpinelle: zedoarie ana. ꝑ. i. tyriace. s. tyriace andromaci distēperate cum aqua vite optimi vini. et distillate in balneo marie. ꝑ. ꝑ. croci. ꝑ. i. camphore margaritarū nō pforatarū smaragdī añ. ꝑ. iij. tormentille sigilli marini. ana. ꝑ. iij. seminis citri. ꝑ. i. ꝑ. oia puluerizentur et ieorporentur cum sirupo de acetositate citri: et ex eis fiat electuariuz de quo datur. ꝑ. ꝑ. cū aqua melise ieiuno stomacho certe tollit febrez pestilentē et exinguit omne venenum in corde et toto corpore.

Istud electuarium in tempore pestilentiali valet mirabiliter ad ea que diximus et est optimum in illo casu

Diptamum album credo qd sit vsuale. nā illud diptamum quo vtimur hodie est album fm Dia. diptamū multi dicūt pulegiū agre

ste. et de scribit tres vel quattuor species quarū prima species dicit qd nec florem nec semē habet sed illud diptamū quo vtimur hodie habet florem pupureū ac semen nigrū quod apud omnes est notū. Serap. de ipso loquitur in cap. de organo. Simon ianuentis in cap. de alidharumi inquit: qd Serap. in capitulo de calamēto de diptamo loquitur qd non est verum diptamum apud Auic. in secundo cūdo vocatur mescatramescit. Aqua vite ē aqua distillata facta ex vino optimo et quāto vniū est bonum tanto melior erit aqua: et eius modus est notus. Ramaldus de villa noua in libro primo in capitulo de passione bus aurium: et primo de surditate tinnitu et sonitu inquit: dixit mihi quidā pdicator in vrbe qd imposuit de aqua que dicit aqua vite quā ponit. Aristoteles in libro. vij. de aqua et vere: sed si hoc sit verum non vidi.

Hic huius distinctionis calcē attingimus annuēte altissimo. Pientissimāq; eius generice qd cuiuslibet generis cōfectiōes ac electuaria. v. solutiuā et non solutiuā dulcia amara opiata et nō opiata rationabiliter cōplecti quāuis diuus Desue in tres distinctiones secuerit. Intriū vero nūc dabim⁹ subsequēti sectioni que est de cōditis: si opifex ille rerū conditorūq; vniuersi cūctorūq; in titium mentē nostrā suo lumine illustrauerit vt tandē oia in ill⁹ dec⁹ atq; laudem sicut par est sint euasura: accedamus tam igitur ad propositum negotiū.

De decē generib⁹ cōditorū fm Desuetā vsualiorū qd non.

Secaculū conditū. ꝑ. radices eius albas grossas et teneras et radatur cortex eius cimeretius et elixentur et mundent a ventis interioribus et incidantur in frusta sicut est mensura politis: et ponatur in eius vacuitatibus arundinosis frustum zinziberis humectati sicut dicemus in capitulo de zinzibere cōdito et gartofilus vlmus humectatus: et accipiatur ad omne pondus eorum mellis pondera. iij. et alij ponunt mellis pondera duo: et zuccari pondus. et postq; fuerit coctum cum facilitate prouiciatur super illud specterum elefanginarum partes cōuenientes et fiat.

Secaculū sicut dictū fuit est sigillū sancte marie. Matth. aut silua. nō cognouit eū: qd ipse in sra. s. inquit sigillū sctē marie. i. secacul. Itē ait. secacul. i. yringus: idē sentit in ca. de astareticon: sed si legis capituluꝝ de astaraticon apud ipsum et capituluꝝ de astaraticon apud Sera. videbis qd yring⁹ nō est.

secacul nec species eius. si quis recte conside-
ret capsum de grano culcul apud Mattheuz
siluaticum deprehendere poterit ea que dicit
de grano culcul conuenire cum cap. de secacul
apud Sera. et quod idem sunt. licet ipse non videat
tur cognouisse: est enim granum culcul fructus
ipsius secacul: et propter verba matthe. silua.
sunt quidam apothecarij qui falso opinantur yrin-
gum esse secacul quod non est: quia Sera. repo-
nit yringum inter medicinas frigidas: secacul
vero inter calidas: item videtur apud Manfre-
dum de monte imperiali: quod de formis vtrius
que scriptis et ibi comprehenditur yringum esse
speciem spume sed secacul est radix que moder-
ni. zenogello vulgo dicunt etc. Aui. in. ii. ca. ii.
in cap. de conditis hinc etiam de modo condien-
di. et dicit quod secacul est vena sicut zinziber et
affertur ex india. hodie in nostris partibus repe-
rit in multa quantitate: et est multum in usu apud nos
¶ Conditum autem. i. preparatum et sunt multi-
plicata. nam quedam sunt ex radicibus. quedam
ex floribus quedam ex fructibus. nam ex radici-
bus sunt sicut zinziber. secacul. yringum et si-
milia. de floribus sunt sicut viole rose et fru-
ctibus sicut pira citonia emblici chebulis si-
milia. Mar. sil. i. ca. de rapa inquit ex auctoritate
Bas. rapa multiformiter autem et hanc ho-
mines preparant versus ad hoc quod componunt
eam cum garro. i. alimuri quod vulgariter nuncu-
patur salmuria et aceto ut habeant per vsum pro-
tum annum credo quod hoc sit illud quod conditer co-
meditur in quadragesima. Plido. ait condi-
tum vocatum quod non sit simplex sed comixtione
pigmentorum compositum. Plin. in capitulo de vitiis
ficticijs: sunt inquit alia vna et nunc ex pipe-
re et melle et alijs speciebus de quibus supra di-
xi que inquit alij condita alij piperata vocant
Desue inquit quod super secacul. purgantur specta-
es elefantine. i. de aromatibus: et sunt ille
spes que ingrediuntur in mita citonorum:
id est conditum de citonij sicut infra apperbit
zinziber conditum. Be. zinziberis recens si habe-
ri potest vel saltem humectari parte parte vna
mellis partes tres et zuccari partem vnam
coquantur sicut secacul: quidam accipiunt
sicut secacul et zinziberis: humectati ana.
partem. s. et fit delicatius: et quidam super
condunt cum speciebus elefantinis: et quidam
faciunt aliter. Modus autem humectatōis eius
est ut infundat in aqua. deinde sepeliat in
arena et sit zinziber alba et mundum recens
humectat zinziber ut docet ipse de chebulis.
¶ Zinziber siue zengibel sicut dicitur. arbor est na-
scens in arabia plurimum cuius coma frequen-
ter vtuntur in cole sicut nos rursus in biben-

do et masticando. sunt vero et radices miste
te sicut in ciperi subalbido colore hirtes sic
peris gustu eligende sunt non perforate sed gra-
ues. has multi comedunt vel condunt. i. ne pu-
rescant et mittunt in vas cui addunt mel coctum
et sic reponunt. Basile. inquit radix huius plan-
te deferret ad nos ab india. et est id iniquo est
iuuamentum. Paptas ait. zinziber quod et artemi-
sia genera. hinc tria menoglossa tangentes et
leptophilos miro: ob talia verba. infra hoc
dicit zinziber genus pigmenti est quod in india
nascitur: lingua eorum ita dicitur.

¶ Conditum. i. preparatum: ut dicitur est Aui. in
v. cano. etiam docet modum condendi zinziber
et dicit quod zinziber est vena de ventre terre: si-
cut vena tinctorum. Plin. in fine sunt antidota-
rij etiam docet modum condendi zinziber et inquit
Be. yringorum quod hinc folia modum cretani
marini. quod faceret secacul vocant. Basile. pec-
inferunt mihi admirationem quod yringum non est
secacul nec folia hinc sicut cretani marini
sicut per Sera. ca. de yringo. et per cretani
marini apud dia. que ipse vocat cristimon
tamez hinc declarare volo quod cretani marini
est quedam herba que in tempore antiquo nasce-
batur in maritimis locis. sed hodie delata est
ad nos et nascitur in nostris partibus: et est illa que
nostro idiomate barigia vulgariter vocatur
mirabiliter valet doloribus renibus ac lapidibus
existimat quidam quod hec apud Aui. in. ii. ca. ii.
vocatur alblage. Desue dicit quod zinziber con-
ditur cum melle et zuccaro. Aui. vero dicit
apud nos affertur conditum cum melle aut cum
aqua rizi. Sera. in proprio ca. de zinzibere in-
quit sunt quedam condientes zinziber cum melle
quidam cum rob. i. sapa modernum vero genera-
liter condunt solum cum zuccaro: et est nobilior
modus. deferret de damasco ad nos: et quanto
albus tanto melius.

¶ Baucie condite valet sicut secacul: et eius mo-
dus est sicut secacul. i. sigilli sancte marie.
¶ Baucie. i. pastinace: conditum apud arabes
notat algingibel. Aui. in. v. ca. ii. docet mo-
dum condendi: et dicit sumatur de duris cla-
ri coloris munde pastinaca aut sicut Plin. in. c.
de olertibus dicit sic vocata: quod radix eius prece-
ptus pastus sit hois. unde macer sic ait. quod pa-
stum tribuat est pastinaca vocata se sit enim
odoratu iocunda: cibo delectabilis. reperit-
tur alia species que dicitur siluestris: quod vo-
catur Baucus apud Aui. in secundo cano.
quod non eredo. nam Basitenus in libro se-
cundo de alimentis facit vnum capitulum
de pastinaca et dauco et chartota quod non fa-

ceret si essent idem. sed sit quōdēq; hic vo-
lo declarare q̄ chartota est spēs pastinace:
cuius radix est citrina bona ad māducadū
z est illa quā lombardi vulgariter gniffovo
cant. Pl. ait alteruz genus est staphylos
quam pastinacam craticam vocant.

Acorus cōditus valet egritudinib⁹ cerebrū
z neruorū. z eius modus est sicut fecacul cō-
diti. Adduntur tamē ad oēm partem eius se-
cacul boni partes due.

Acorus. i. piper apū vel affrodisia vt di-
cit **Dia.** conditū. i. preparatū hoc apud nos
est multū in vsu. reperitur etiā vna cōfectio
cōditi ad egritudines neruorū frigiditas in-
rabilis quā ipse describit in summa quarta
de egritudinibus neruorū z est cōfectio dia-
cori: que etiam in vsu est: vt dictū fuit.

Zuccarum rosatū. **β.** folioz rosarū albarū aut
rubearū quātitate quā volueris: z expādan-
tur sup tabulas in vmbra vsq; dū superflūū
humiditatis ipsarū resoluat: sint rose habē-
tes imedietate inter cōplementū z acerbita-
tem z terantur in vase lapideo. deinde p̄icta
tur super eā zuccarū taberzet. i. albū triplū
ponderis earū. z reponātur in vase vitrea-
to z obturetur os eius cū pergamento z ap-
ponatur solt mensibus tribus omni die sepe
agitando illud. deinde remoueat a sole z
seruet: z quidā faciūt illud cū rosis nō habē-
tibus aliquid de cōplemento z inuenitur ma-
gis stipticū: z sunt qui nō terunt rosas: s; in-
cidit cū forficib⁹ z fricāt manib⁹ fricatione
vltima rosas z zuccaz. deinde exponūt soli.

Zuccarū rosatum siue conditū rosatum si-
ue conserua: rosarum idem est. **A**icolaus in
suo antidotario ait. rodozaphara idest zuc-
carum rosatū: sed nō fit sicut dicit. **Mesue.**
Petrus de crescentijs in cap. de rosaria. id
est rosa habet vnā aliam descriptione: sed
non est eadem. modernivero generaliter fa-
ciunt: vt docet hic **Mesue.**

Zuccarum violatum ei⁹ modus est sicut zuc-
cari rosacet. indigēt tamen viole expansiōe
longiori z expositione prolixiori solt.

Zuccarū violatū. i. conditū violatum siue
conserua violarum: quod satis est notum.

Zuccarum buglossatum eius modus est sicut
zuccari rosacet.

Zuccaz buglossatum siue diabuglossatū
dicitur a floribus lingue bonis que alio no-
mine buglossa vocatur. **Auc.** in sc̄do casū. de
lingua bouis capitulū facit: sed vere credo
q̄ illa qua videntur moderni non sit illa de q̄
loquitur **Auc.** ipse autem **Auc.** ponit q̄ sit
gen⁹ almaru. idest marmacor. vt dicit in ca-

pitulo de maru. **Mesue** non ponit modū co-
ficti. Ad zuccarū bozaginatū quod fit ex flo-
rib⁹ bozaginis que est species buglosse: ta-
men si diabozaginatū facere volueris fa-
cies illo modo sic buglossatū. **Christophor⁹**
de honestis pytauit: sed non recte q̄ zucca-
rum alchilū sit zuccarum de floribus boza-
ginis: qd nō est. apparebit infra p̄ditū d̄ bu-
glossa quod est cōserua vel diabuglossatū.
zuccarum alchilū stomacū cerebrū: z cor con-
fortat ventositates fugat: et eius operatio
est sicut zuccari rosati.

Zuccarum alchilū. i. zuccarū qd fit ex flo-
ribus rozismarini q̄ alto nomine corona mō-
tis vocatur. **Christophor⁹** de honestis di-
cit zuccarum alchilū. i. zuccarū factum ex
floribus bozaginis: sed nō est vera exposi-
tio. vt patet apud **Mattheū** siluaticū in li-
tera lxxi. vbi sic ait chinchil. idest rozma-
rinus illud vocabulū ponitur in antidotario
damaſceni. i. **Mesue** septimo que icēpit zuc-
carū alchilū. z post sex qui incipit zuc-
carū buglossatū. z sic est qd alchilū vel alchil-
chil. flos est rozismarini s; grana alchilchil
sunt grana siluestria.

Conditum de citro. **β.** corticū citri. 3. vi. bu-
glossē. 3. i. 5. marmacor. i. melisse. 3. 5. gario-
filorū aur. i. ligni aloes aur. 5. terantur z p̄-
iciatur super eavim boni lib. iij. z dimitta-
tur dieb⁹ tribus: deinde p̄iciatur super ea
zuccari taberzet. i. albi li. ij. z aromatizetur
cum gallie bone aur. 5. croci. 3. i. quarta. ma-
sticis. 3. i. musci. 3. i. sexta.

Conditū m. i. preparatū. **Mesue** in distin-
ctione de cōditis ponit citra cōdita z in di-
stinctione de sirupis habet duas descriptio-
nes conditi de citro: sed ille due descriptio-
nes nō sunt in vsu ego vero scripsi sc̄dam de
descriptione vt declarare quid sit marmacor:
marmacor fm intētionē **Mesue** est melissa
z sic credo esse bene expositum: quia **Sera-**
in cap. de melissa inquit bencrangie. i. turū
gen. z dicitur marmacor. i. melissa. **Auc.** in
sc̄do canōn. in capitulo de maru de marmac-
cor loquitur: z ibi dist̄ inguit in plures spect-
es: z ponit linguam bouis. i. buglossaz inter
species eorum. **Stephanus** iudeus affirma-
bat q̄ est marubium qd ignoro. verum sapiē-
tes dixerunt q̄ marmacor est melissa. z mar-
macur est marubium. **Sultelmus** placenti-
nus dicit marmacora. idest marubius siue
prassium: qd idem est.

Modus conditi de buglossa boni. **β.** buglos-
se mente sicce folioz rosarum: corticū ci-
tri aut folioz eius ana. 3. iij. alfelēgemisch

Id est seminis ozimi garlofilati. 3. i. trium generum citomorum: trium generum pomorum. 3. an. 3. i. 5. sete crude nctise. nucis muscate: zedoariae: galange: beenytriusq. s. albi et rubet. sandali citriui. croci an. 3. i. 5. ligni aloes. 3. ii. vi. miz aque an. 3. vi. mellis lib. viii. oromatizet cum musci. 3. i. tertia. et gaita. 3. ii.

Conditum. i. preparatum de buglossa. i. lingue bouis. conditum aut de bug'ossa non est zucarum buglossatum: quod fit ex zucarum et floribus buglosse: ut quidam crediderunt.

Trium generum citomorum vel trium specierum citonorum: greci vero ponunt iphas in numero romalorum et genera ipsorum sunt multa quorum quedam sunt dulcia quedam acris quedam muza et sic de singulis. sed hic solum intelligimus tria genera que sunt dulcia acetosa et muza: id est quod sapor ipsius sit compositus ex dulcedine et acetositate.

Trium generum pomorum similiter intelligitur de tribus generibus pomorum et sunt proprie dulcia acetosa et muza.

Sete crude et non cocte: ut dictum fuit. Papias inquit bombices dicuntur apud seras frondium vermes qui sericum creant ex cutis tinctura bombicinis fit.

Hic sectio de conditis complementum suscipit secundum do. Desue nunc vero aggrediamur sectionem de speciebus loch secundum eundem. Nobis igitur adsit dator auxilijs deus terrarum celisq. fator rerumq. omnium opifex et conditor.

Dech de Pino. B. granorum pini. 3. xxx. Amigdalatum dulcimum auellanatum assafarum: dragaganti: gummi arabici: liquiritie et succi eics: amili capillorum veneris: radicem lily celestis. i. treos an. 3. iiii. carniuz dactylorum chaiton. i. illi' regionis. 3. xxxv. amigdalorum amarar. 3. iiii. mellis passulorum zucarum tabarzet id est albi butiri recentis an. 3. iiii. mellis tabarzet quantum sufficit sumatur ex eo quasi lambendo.

Loch autem est medicina liquida in modum sirupi. sed est inspissata valde. aliquantulum viscosa apta ut lambatur deglutendo ipsam paulatim contra dispositionem pectoris ac pulmonis valet. Lanfrancus chirurgicus in cap. de gibbositate impartiri huiusmodi medicamentum et inquit. fiat loch id est medicina spissa sicur mel liquidum seu crudum mitigans tussis apud nos istud loch est multum in usu. Autem. in quinto canonum. in tractatu tertio de aurtis dolore habet unam aliam descriptionem sed non est eadem. Jo. Sera. in suo antidotario habet unam aliam descriptionem que vocatur loch de

granis pini: et ibi inquit astroculibe et sunt grana pini.

Pinus arbor. Secundum Isid. in ca. de proprijs noibus arborum ubi inquit. pini' arbor picea ab acumine foliorum vocata. pini' enim antiqui acutum noiabatur pini' autem aliam pini' aliam greci pice' vocant: quam nos piceam dicimus eo quod defuderit pice' nam in specie sibi differunt: in germania autem insulis huiusmodi arboris lachryma electuarii generatur. hic textus Isid. non acceptat nam electuarium non est lachryma pini sed potius agrostos et est gummi dictum charabe ut patet apud Simo. Janu. Autem. in. ii. ca. facit unum c. de grano pini. et alio de gelou: et ibi dicit quod est granum pini maioris: certe illud nomen de gelou apud arabes est de auellana maiore quam nos mellellam dicimus. hoc granum satis est notum.

Auellane note sunt. Joh. Sera. in suo antidotario in confectioe aschechingi inquit. abuse et sunt auellane assate. Petr' de crescentiis ait. auellane ex eis quedam sunt silue. que in nemoribus et sepibus nascuntur quedam domestice siluestres sunt parue saporose grossam testam habentes. Domestice vero quedam sunt rotunde grosse: et quedam longe ex quibus longe saporosiores sunt et citius maturantur: et assant auellane. ut dictum fuit de cimino.

Liquiritia est radix dulcis saporis nota Alibuchafis in tractatu secundo docet modum faciendi succum ipsius et dicit quod fit de mense iulij. quia tunc planta eius est plena succo. cassius felix ca. de gliconita inquit gliconita grece ex eo dicitur quod ducit radicem huiusmodi. grem enim grece dicitur. Sal. ait. mai' inuametu' quod est in liquiritia est in succo radicis eius quod dicitur prae sopphe' sticat succum ipsius ex puluere ipsius et melle.

Amilum. i. amidum. Sera. in ca. de frumeto docet duos modos faciendi amidum siue amidum Sal. in lib. ad partemianum dicit amidum omnibus notum. est enim quasi medulla frumenti.

De melle passulorum seu passularum ingredienti compositionem huiusmodi loch. contrarietas existit aliquando inter apothecarios non parua. aliqui enim male accipientes verba Desue apponunt mel et passulas pro loch conficiendo: quod minime facere conuenit quia hec non est intentio domini Desue nam nec ipse nec alij post mel vix vniquam medicinas aliquas in suis compositionibus subiungunt: sed per mel passularum intelligere debemus cum passulis confectum: sicut etiam conficitur cum emblicis et anacardinis. et alijs rebus et modus ipsius est quod accipiuntur passularum mundatarum a sordibus eorum. 3. iiii. aque communis lib. i. coquantur

mul vsq; ad consumptionē aque: deinde fiat fortis exssio cui addat mellis dupliū pōdes ris hoc est p. qualibet lib. i. carniūz passularum addatur lib. ij. mellis bene dispumati z iterum simul coquātur vsq; ad necessitatem deinde deponatur ab igne: z vsu referua in vase vitreato: id erit mel passularum si etia; mel mirtinum facere volueris de modo ipsi us docet Nicolaus in fine diacodiō vt ostē sum fuit.

Loch de papauere est diapapauer. & papaueris albi. 3. xxv. amigdalariūz dulciū excoctatarūz granorūz pinti gūmi arabici: dragaganti succi liquiritie añ. 3. x. amti. 3. iij. seminis portulace: feminis lactuce: seminis citoniorum. añ. 3. iij. croci. 3. j. penidiōz albozū. 3. iij. si rupti de papauere q̄tum sufficit etiā sit pprie sirupus ex capitibus papaueris albi z nigri z semine lactuce z violis.

Loch de papauere fm intentionē Mesue est diapapauer: sed fm intentionē apothecariorum aliud est loch de papa. aliud est diapapauer. tamen vnū p. alio potest dari. Ipe in sua practica describit multas descriptiōnes diapapaueris vt i. capitulo de tussi z in capitulo de fluxu sanguinis ab aure sed nō sunt in vsu alta hō descriptio ē quaz nos habem? in vsu z ex auctoritate Nicolai de quo supra Alui. in. v. canoñ. habet vnā descriptiōnem loch de papauere sed nō sunt idē ista vero est nobilior illa.

Loch de squilla. & squille; mellis dispumati partes conuenientes decoquātur in substantia loch. z accipiatur sic lambendo.

Istud loch apud nos est multū in vsu idē Mesue describit altam descriptiōnem in capitulo de tussi humida: sed eadē est Alui. in. v. canoñ. habet vnā aliam descriptiōnem que eadem est.

Squilla apud Alui. in secō canoñ. est cepe muris eo q̄ interficit mures. circa instans squilla alio nomine cepa marina dicit illa q̄ sola reperitur nisi sit plātata mortifera est. Succ? autē squille isto modo fit. oportet vt mūdet squilla cū cultello ligneo ex corticibus supioribz: z postea inoluatur illa recte in pasta facta ex farina frumenti vel cherse ne. id est siliquis fm albuchasim: z ponantur in furno panis temperato non numis calido nec nimis frigidō: z ibi dimittatur vsq; q̄ pasta erit cocta: deinde extrahatur: z accipiatur lamine squille ita calide: z habeas paratū mortariū lapideū calidū cū pistello ligneo z bene contendantur. postea cum petra lini subtilis exprimat̄ur fortiter z suc

cus extrahatur.

Loch de alfescera valet sicut loch de squilla et eius modus est sicut in illo: z est medicamen expertum.

Istud loch d. alfescera nō est in vsu. ideo non est necesse vt ipsum describam. fescera vero fm Mesue est vitis alba: que alio nomine britona vocatur. hec apud Dios. vocat ampellos leuce: z apud herbaricos cucurbita siluestris dicit̄.

Loch sanūz z expertum. & cinamomi: isopht: si cce: liquiritie: ana. 3. 5. iutube: sebestē. añ. numero. xxx. passularum enucleatarū: ficum siccarum: z dactilorum pinguium. ana. 3. ij. fenugreci. 3. v. capillorum veneris. M. i. anisi: feniculi: ireos: calamenti: seminis lini. ana. 3. iij. hec omnia coquant̄ in lib. iij. aque vsq; dū remaneāt lib. ij. z projiciantur sup ea penidiōz lib. ij. z coquāt z impiguāt vsq; ad spissitudinē mellis: deinde p̄ciant̄ super eū pincarum mūdatarū. 3. v. amigdalorum mūdatarū: liquiritie: dragaganti: gūmi arabici: amili: ana. 3. iij. ireos. 3. ij. misceantur oia z agitent̄ vsq; dū medicamen maceretur z albū fiat z referua.

Istud loch: apud nos est multū in vsu et est sanūz z expertum ad tussim z ad raucedinem vocis.

Loch ad caliditatem z asperitatem pectoris z ad tussim calidam sed nō est in vsu.

Chesimes sunt passule sine ossibz. z meliores ex eis sunt ille que veniunt de oriente q̄ satis sunt. note.

Loch aliud ex intētōe nra hoc nō est in vsu: simplicita tamen que sunt declaranda declarabo.

Per tria grana fm quosdam intelliguntur tria semina ex seminibz quattuor: maioribus frigidis. s. semina melonis citruli z cucumeris: z quando reperit̄ quattuor granorum vt est in trifera persica quattuor semina. cōmunia maiora frigida intelliguntur: scz melonis citruli cucumeris z cucurbite.

Loch bonum conferens ethicis z cōsumptis z ptiscis. & papaueris albi: spodij: seminis lini torrefacti: croci: amigdalariū dulciū añ. 3. iij. amili dragaganti: gūmi. s. gūmi ara. seic citoniorū: seminis citruli: qd̄ est spēs cucumeris añ. 3. vi. granorūz nasturti coctorum amigdalariū amararū fabarū ana. 3. i. 5. penidiōz. 3. ij. dissoluant̄ penidie in aq̄ fontū z coquantur z cōficiant̄ cū eis z cetera.

Istud loch in vrbe Ticinēsi nō est valde i vsu: sed i vrbe Mediolano magi. ipe Mes. in ca. de ptisi quasi in fine h̄z vnā descriptio

nem ex auctoritate sapor: quod dicitur loch conferens ptificis et cōsumptis: sed nō sunt ea dē: nec sūt fm illā descriptionē.

Cramis nasturtij. strariū euenit ei quod aduenit ligno aloes. nam istud p decoctōez debilitat: imo extinguitur: illa sō sunt virtuosiora. nasturtiū vero apud Dia. vocatur cardamus. **S**al. in sexto simpliciū sequit cardamus. i. crocus ozulan⁹ et est ex herbis spt nosis. hic textus **S**al. nō videtur bene sonare: sed credo q̄ fuit error scriptoris. nam ipse met in septimo inquit. cardam⁹. i. nasturtiuz et sic est fm veritate: sed sicut dicit cardamū debet dicere cartamū. i. erocum hortulanuz **W**esue inquit grano et nasturtij coctoz non intelligitur q̄ debeāt coqui in aqua: s̄z intelligit q̄ sint bene cocta. i. matura ad solem.

¶ Coriandrum siue colliandrū est semen satis notum. Eius autem preparatio fit cū vino citonoz et aceto: vt ostensum fuit supra. ¶ Melissa est herba q̄ alto noie citrina vocatur eo qd folia ipsius odorem citri habēt. hec apud Dia. vocatur mellifolios. quidam vocant eam bederangiam: et ab aliquibus ozimum citratum vocatur.

¶ Trazea valens ardori vrine: sū Nicolaū florentinum in libro quinto in capitulo de ardo revrine. s. seminis cucumeris: cucurbite: citrulli: melonis: portulace: malue: et papaue ris albi. ana. s. i. i. dragaganti: gummi arabici violarum: amidi: spodi: boli armeni. ana. s. i. i. zucari ad pondus omnium.

¶ Trazea est confectio reducta in puluere et hec est in vsu ad illos qui patiunt ardorem vrine supra ē posita vna alia descriptio q̄ va-

let ad confortandum stomachum: et utreeq;
sunt vsuales.

Medicamen de turbitu. fm Aut. in lib. iiii. in
fen. j. in capt. de cura flegmatice. ꝛ. zinzibe
ris: mastice: amborum añ. 3. r. turbitu. sicut
alcohol: id est subtiliter triti. 3. r. zuccari ta
barzet. i. albi quantum oia: r. fiat puluis ꝛc.

¶ **Q**uid medicamē est in vsu: maxie fm istā
descriptionem. Mesue in cap. de turbitu in
quit. filius zezar medicamē bonū de turbitu
r. est idem in simplicibus. Nicolaus aut flo
rentinus in libro scdo in capt. de cura febris
flegmatice pure per portionem habet vnam
aliam descriptionem. sed non est eadem: ta
men parum differt r. differūt solum. qz Aut.
habet masticem. Nicolaus autem non habz
idem Nicolaus describit vnam aliaz descri
ptionē q̄ est fortior altera: sed non est in vsu
Puluis contra dolores post partuz magistra
lis. ꝛ. corticum castie fi. r. castie lignee: r. ci
namomi capilloruz veneris. añ. 3. ij. seminis
anisi passularuz añ. 3. iij. terantur subtiliter
r. detur cum vino albo r. est optimus.

¶ Puluis p fluxu spermatis expert⁹ magistra
lis. ꝛ. mente sicce. 3. ij. seminis agni casti:
radicum: ireos ana. 3. ij. seminis rure. 3. j. se
minis lactuce. 3. ij. 5. zuccari albi ad pondus
omniū fiat puluis subtilis de quo sumat cū
vino albo coclear medium ante cibum p du
as horas.

¶ Puluis expertus ad epilepsiam pueroruz. ꝛ.
coziandrorum s̄paratoꝝ cuz aceto r. vino ci
toniorum. 3. ij. seminis peonie: seminis portu
lace añ. 3. i. vngularuz asini vstaz. 3. iij. misce
et fiat puluis: r. detur parū cum aqua ruthe.
vngula asini in illa materia multum valet. r.
modus adustionis ipsius est q̄ ponatur in ol
la et ponatur in furno panis r. dimittat tan
tum q̄ eius assatio sit cōpleta. Serap. in. ca.
de vngula ait. quidaz vero existimātes hoc
accipiunt vngulam asini r. adurunt r. curant
cum ea epilepsiam magnam.

¶ Puluis ad frangendum lapidē in vesicca ex
pertus. ꝛ. milij solis. i. litospermas saxifra
gie: cinamomi: capillorum veneris: seminis
anisi ana. 3. 5. liquorie rase. 3. j. 5. lapidis lin
cis: lapidis iudaici ana. 3. i. seminis spargo
rum: seminis melonis ana. 3. i. misce r. fiat pul
uis capiat cum modico vini albi odorifert.

¶ Puluis p exitu intestini. ꝛ. mastice: thuris
nucis cupressi antimonij: corticum granato
rum: balaustiarum: glandium añ. 3. i. misce r.
fiat puluis r. vtere et est bonus.

¶ Puluis pro stomacho. ꝛ. cinamomi electi. 3.
j. 5. zinziberis: pipertis: liquorie ana. 3. v. pi

peris longi gariofolorū galange mactis: car
damomi melegete: nucis muscate añ. 3. j. spī
ce. 3. 5. misce r. fiat puluis addēdo in heme.
3. i. zuccari albi pro qualibet. 3. i. 5. specteruz
r. in estate adde. 3. i. zuccari pro. 3. i. specieꝝ
Puluis ducis ordinarius per illustrissimum
dominum Robertum sanseuermatem. ꝛ. ci
namomi: gariofolorum: corticum: inferioꝝ
cinamomi: amomi: melegete: r. iij. pipertis: zin
ziberis: folij: ligni aloes mactis ana. 3. 5. car
damomi. i. cubebe ana. 3. j. spice nardi. 3. 5.
musci. gra. iij. nucis muscate. 3. 5. zuccari al
bi boni. 3. vi. folioꝝ lauri numero. vi. misce
r. fiat puluis subtilis.

¶ Puluis galatine. Recipe pipertis lib. j. zinz
beris fini lib. ij. cinamomi. 3. ix. fusti gariofi
lorum. 3. iij. nucis muscate. 3. iij. misce r. fi
at puluis subtilis: iste vero fit ex speciebus
aromaticis et est notus omnibus: inuenitur
asit galatina piscium que fit quando pisces
coquuntur in aceto r. postea cōgelatur ace
tum cum quo coquuntur: r. eodem modo fit
cum carnibus.

¶ Puluis piperatus communis. ꝛ. pipertis lib.
j. 5. zinziberis fini lib. iij. croci. infusi in vino
rubeo per noctem. 3. i. r. 3. i. misce: r. fiat fm
artem.

¶ Epithima p corde: fm Bartholomeū monta
gnanaz in suo antidotario. ꝛ. aquaruz bugios
se acetose ana. 3. iij. aquaruz: florum salicis:
rosarum: absinthij: graminis: melisse: labru
sce añ. 3. ij. specierum cordialium tempera
tuz credo q̄ sit puluis cordialis aut fragmē
toꝝ cordia. 3. i. 5. croci gra. viij. mirre: dipta
mi: gentiane: ligni aloes: sandaloꝝ um: citri
noꝝum: seminis alfelégemich. i. seminis oz
mi gariofilari: beē albi r. rubei: iacithi r. sma
ragdi ana. 3. 5. succi limonuz. 3. iij. aceti. 3. i.
vini maluati. 3. v. misce: r. fiat epithima

¶ Epithima autez apud grecos est supposi
tio siue emplastrū molle vel aquosum. apud
nos epithima est medicamentum aquosum
quod stomacho cordi ac epati supraponitur
cum panio tinctum ex chermes scilicet scar
lato r. eius modus est diuersus fm diuersa
loca ac infirmitates.

¶ De cerottis factis cū isopo humida r. sine
fm sententiā diui Mesue in suo antidotario
ac alioꝝ illustrium doctorum.

¶ **I**sopi cerotum descriptione Bas. Recl
pe cere citricis. olei camomillez olei urt
m ana. 3. vi. mastice. 3. i. spice. 3. ij. 5. croci. 3.
j. tcrbētime. 3. i. resine. 3. 5. isopi humide. 3. 5.
et fiat cerorum.

Istud cerotum apud nos non est in usu. illa vero descriptio qua nos utimur est descriptio filagris de qua infra.

Cere citrine. i. vsuals. Serap. laudat ex ea que est grossa munda a forde: et i. cut⁹ odor est parum odoris mellis: et in colore cui⁹ est parum rubedinis. et illa que est alba per cocturam pinguis est post ipsas. Reperitur etiam alia cera dicta ppolis et hec est fex alie artis apum que apud arabes muz vocatur.

Oleuz pprie sumpto vocabulo est omne oleum cuiuscumque sit rei ut oluarum ac aliarum rerum descriptio olei camomille infra apparebit etiam descriptio olei trini sublunges et est oleum de treos quod flore purpureo gignit.

Resina. s. resina pituma. i. pini. Pl. resine summe species sunt due sicca et liquida. sicca e pino et picea fit. liquida trebinto lartice lertisco cupressio: nam et he fuerunt in asia et assiria: falluntur qui eandem putant esse et picea atque lartice. picea enim pinguis et triso modo succosam fundit. lartice gracile et mellei liquoris virus redolentem. medici liquida raro utuntur. moderni pro pice liquida chitran accipiunt. et est gummi quod egreditur ex arboze dicta serbin sen cedrus.

Operatio isopi humide. s. lanarum outum succidarum circiter li. lx. et funde super eas aque fontium calide quantum sufficit ad infundendum et dimitte per horas. viij. deinde bulliat ebullitione una exprimaturs aqua lanarum et coletur aqua et coquatur cum facilitate in vase stannato agitando semper fundum vasis cum ligno amplo ne recipiat de vestigio adustionis aliquid et coquatur usque dum fiat sicut mel currens et seruetur.

Hec est operatio isopi humide ad differentias isopi sicce que est herba. de vtraque Auicenna in secundo canonum. facit capitulum dicens. quod isopus humida est sodes aggregata super lanam ouium in armenia: et sternitur super herbas titima illorum. et accipit virtutes et laetia: et fortasse est currens. ergo coquitur et preparatur ibi. Diascorides autem isopi citroli est quasi sordes ex succo lanarum succidarum: ut docet ipse ibi Plinius. Isopum est sordes pecudum. sudoris femorum. et aliarum adherens lantis isopum vocant meritorum ritis omnibus genitus fit pluribus modis: sed probatissimum lana ab his partibus recentem capta: aut quibuscumque sordibus succidis et. Melior autem est que non habet odorem a staros: et fit mollis quando tangitur si ne asperitate habens odorem lane succide

et quando dissoluitur in coclea munda non apparebit ibi aliqua grossities: sicut apparet quando est adulteratum cum cera aut sepo dissoluto cum oleo ut faciunt multi herbarum et maligni. liber qui dicitur bulchasis quasi si in fine docet modum seruandi zucker ach id est isopum humidam.

Isopi cerotum descriptio Philagris. s. croci. 3. v. bdellii: masticis: armonici: aloes: storacis liquide ana. 3. viij. cere citrine lib. i. terbetine. 3. i. 5. medule cruris vacce: ad pias: aseris an. 3. xv. isopi humide lib. i. 5. olei nardini: id est de spica nardi quantum sufficit. bdellium armoniacum: et aloes dissoluitur in aqua infusionis fenugreci et camomille et cum ceteris fiat unguentum: et post filagrum addiderunt expressionis squille. 3. iij. olibanum: id est thuris. 3. i. sepe vitall. 3. xv. in alio cere lib. i. minus quarta et est conueniens.

Hec descriptio istius isopi ceroti descriptioe filagris est illa quam laudant magis nostri doctores: et sic generaliter ista descriptio utuntur.

Macca est animal quadruplex omnibus notum: modus faciendi medullam ex cruribus est talis. oportet primo quod eligatur tempus in fine estatis: quia in alijs temporibus reperitur in eis superfluitas sanguinis que congelatur in loco cum medulla: et non nouit hoc nisi ille qui assuevit frangere ossa et extrahere medullas: et omnes species medularum sunt mollificatiue resolutiue et modus extrahendi est quod accipias medullas recentes et purges a sanguine ipsius postea lauetur cum aqua et dissoluatur ad ignem leuem et dimitte donec liquet fiat medulla et coletur in vase: deinde accipe illud colatum clarificatum et pone in vno alio vase terreo nouo. et quando apparet sordes colligatur: et ibi dimitatur donec fiat rubea: deinde accipitur: quod est desuper ex quo elius: et quod est in fundo: et purum abicitur Auicenna in secundo canonum. in capitulo de medullis laudat medullam vitulorum et cerui. deinde de thauri: et postea caprarum. deinde ouium et medulla quidem hircorum cum testiculis et taurozum proprie non castratorum est magis sicca et medulla extremitatum est magis pinguis.

Anser est autem cuius genera sunt duo. s. domestica et siuestris. Domestica est que generaliter utimur que moratur in locis domesticis siuestris vero est illa que in locis siuestribus moratur et ab eis sunt note: et modum preparandi docet bulchasis in tractu. iij. que iste est accipe adipem aseris

quādo est recēter occisa ⁊ purga bene a pel-
liculis suis. ⁊ pone in olla noua terrea. capa-
citas sit dupla quātitati adipis ⁊ coopi vas
⁊ pone in sole calidissimo ⁊ aufer qđ dissol-
uetur: ⁊ pone i alio vase. ⁊ fac ita assidue ad
illud fm clarificandū qđ egredit ex eo do-
nec nihil de eo remaneat: deinde accipe qđ
clarificatum fuerit ⁊ repone in loco frigidus
⁊ vrere vbi oportet. ⁊ ille q̄ vult facere opus
cum preparatione oportet qđ dissoluat cum
in olla dupliet fm formā: vr vbi docet eadē
sit preparatio de adipibus anatis.

Isopi cerotū descriptione pauli nō est in vsu
tamē permixtio hec ē. Be. armoniaci. 3. r. bde
lij. 3. v. sigie. 3. iiii. croci. 3. i. 5. aloes. f. succo-
trini mastice: oliban: id est thuris. añ. 3. ii.
5. cere. 3. iiii. 5. sepi ⁊ medule vituli. ana. 3. ii.
⁊ Isopi humide. 3. xl. trileon. q. s.

Stigia. i. storax liqda nō est storax calami-
ta vt quidā dixerunt. Aut. in. ii. cañ. inquit.
Iubne est arbor sigie erga sigia est storax li-
quida: ⁊ hec apud quosdam est mel storacis
calamite Item circa instans air. in capi. de
storace. storax alta calamita: alta li quida q̄
pprie sigia dicitur: storax autē liqda in calabria
reperitur: storax calamita nō a calamo sed
a calo quod est bonū ⁊ micos qđ est gutta p
decem annos seruat.

Trileon. i. illirica ⁊ est oleū de ireos que
flore purpureū gerit. nā Dia. in ca. de bas-
lano respico. i. ben ⁊ ē semē arboris ait q̄ ex
eo. 3. i. bibita cum pusca splen siccatur cuz iris
illirica mixtus ⁊ in cataplasmatibus positus
⁊ mulsa adhibita dolores podagricos miti-
gat ⁊c. Illirica mixtus Sera. eodem loco ex
verbo Dia. habet ireos qđ idē est Isi. iris il-
lirica a similitudine iris celestis nomē acce-
pit vnde ⁊ a latinis argumen dicitur iris qđ flos
etus coloris varietate eundem arcū celestē
imitetur. Illirica autē dicitur quia in illirico plu-
rima nascitur.

Isopi cerotū diatessaron descriptiōe demo-
criti. Be. cere citrine. i. vsualis terbenime añ
3. xii. olei irini. i. deireos. 3. iiii. isopi humide
3. ii. 5. ⁊ fiat ex eis vnguentū ⁊ administrat.

Isud cerotū apud nos nō est valde i vsu
⁊ sunt ex hominib⁹ qui vtunt ipso sub noīe
ceroti de isopo humida dicitur autē diatessaron
a tessara grece qđ est quattuor vnde diates-
saron. i. de quattuor rebus. idē dicitur de tyria-
ca diatessaron. Jo. angli. in ca. de dolore iū-
cturarum in cura gutte melancolice hys vnā
aliā descriptionē que ea dem est.

Isop⁹ humida vr dictū fuit est quasi for-
des ⁊ succus lanarū succidarū. Joh. anglic.

ibi ait isopi humide: id est viscositatis lane
⁊ non lote prius: deinde decoque ⁊ quod su-
pernatat colligatur ⁊c.

Cerotū Gal. stomachū cōfortās ⁊ emendās
vicia stomachi. Be. rosarum. f. rubeaz. 3. xx.
folioz absinthij sicci 3. xv. mastice. 3. xv. spt-
ce inde. i. nar. 3. x. tere subtiliter ⁊ accipe ce-
re mūde. 3. iiii. olei rosati lib. j. 5. dissoluatur
in igne lauarōib⁹ pluribus in aqua rosata d
inde itez dissoluatur ⁊ lauentur in vino vete-
ri ⁊ succo citoniorum ⁊ aceto pauco: deinde
miscantur cum puluere rerū ⁊ fiat cerotuz
et administratur.

Isud cerotū fm intētionē Me. est de mē-
te Gal. tamē apđ ipsum Gal. nō reperit. hoc
apud nos est multuz in vsu sub noīe ceroti.
Gal. emendās vicia stomachi nō autē ē vn-
guētū stomachi vt quidā dixerūt: ⁊ sūt ex
hoibus qui vendūt vinū p alio: s; non recte.
Moderi doctores exhibēt isud cerotū ad
cōfortādū stomachū addendo parum galie
alefangine inuenitur in ipso virt⁹ mirabilis.

Cerotū diapente Be. cere citrine. 3. iiii. sigie:
i. storacis liquide. 3. vii. pte tertia. terbenime
3. j. mucilaginis: glutinis. zanach. 3. v. olei
irini. q. s. ⁊ expertum est.

Isud cerotū est in vsu: s; nō multum.

Gluten zanach aliqñ glutē alchanac qđ
aut sit generaliter ignoratur. ego aut testor
nunquā vidisse auctore autētici de ipso lo-
qui. verum fm Modernoz opinionē est col-
la pisciū. quod a multis creditur ⁊ a multis
nō: s; an sit idē aut nō infra in emplastro dia-
quilon magno iterū de ipso ostendā.

Cerotum alexandrinū optimū stomachum
confortat Be. cimarū absintij: oliba. añ. 3. x.
armontaci: storacis: calamite añ. 3. xii. spice
scz nardi. 3. iiii. cere. 3. iiii. olei camomille q̄
tum sufficit olibanū ⁊ armonia cū in vino suf-
ficienti per diē ⁊ noctem infunde absinthiū
autē ⁊ spicā tere ⁊ cribra. oleum ⁊ vero ⁊ ce-
ram solue sup ignē ⁊ cū eis reliqua misce.

Isud cerotum apud practicātes papien-
ses nō est multū in vsu. sed apud mediolanē-
ses est multum in vsu. ⁊ valet multū ad illa
que dicit dominus Desue.

Absinthium: scz absinthium romanum et
mas: id est comas. Isidorus in capitulo de
arboribus inquit. cimas vocatas dicūt qua-
si comas.

Cerotum de sandalis Be. rosarum. f. rubeaz
3. xii. sandalozum rubeozū. 3. x. sandali albi
et citrini: id est mahazari añ. 3. vi. boli arme-
ni. 3. vii. spodij. 3. iiii. camphore. 3. ii. cere al-
be. 3. xxx. olei rosati lib. j. conficiantur ⁊ ad-

ministrantur: et sunt qui lauant oleum et ceram prius et postea permiscet cum alijs et est melius.

Istud cerotum est multum in usu sub duobus nominibus: videlicet sub nomine ceroti sandalini et sub nomine unguenti sandalini: sed communitur ordinatur sub nomine unguenti sandalini magis quam sub nomine ceroti dicitur autem sandalinum propter sandalos quos recipit Cerotum Galeni albi. et cere albe. 3. j. olei ro. 3. iiii. et sit radix olei. oleum onfancinum: aque fontium clare: et proprie vehemens frigiditas quantum sufficit. oleum multotiens bene lauetur lauationibus multis: et quanto magis elaboratur in lauando illud fit excellentius: ultimo vero conquassetur cum aceto albo claro et pauco et seruetur.

Istud cerotum est multum in usu sub nomine unguenti albi. Gal. dicitur autem albus quia eius color est albus propter ceram quam recipit: et quanto albus tanto melius.

Cera alba. id est cera artificialis et fit ex cera communi: cuius modus venetis est notus et ipsam faciunt in multa quantitate. liber qui dicitur bulchasis in tractatu tertio dat duos modos faciendi ceram albam: sed non oportet scribere de modo ipsius: quia satis manifestus est.

Oleum rosatum quod sit factum ex oleo onfancino. id est ex oliuis immaturis. Plinius ait oleum spanum quod ex albis oliuis fit quod a grecis onfacion appellatur. quod autem ex fuluis non maturis fuerit expressum vtriusque appellatur: quod vero ex nimium maturis commune dicitur. hoc ad nos defertur a partibus tanue et ibi vocant oleum onfancinum. id est oleum de oliuis non maturis.

Aqua secundum Papiam est sapientia. Diasco. de aquis duo capitula facit. unum de aqua marina. aliud de aquis omnibus: et sic ait aquarum omnium natura frigida et humida: aqua que de lapide emanat leuor et limpida est: et ventrem et vnam prouocat. aqua que de lapidibus argillosis emanat grauior est. Auicenna autem in primo libro in fen. ij. doctrina. ij. in capi. de dispositionibus aquarum ait. aqua unum existit elementorum: quos sola inter omnia elementa habet proprium. vtriusque comeditur et bibitur. et ibi Auicenna de aquis multum loquitur. idem facit in secundo canonis sed non tantum. Desue ponit hic aquas fontium: sed moderni doctores magis laudant aquam rosatam. sic hodie generaliter fit et cerotum sandalinum. et hec multum sunt in usu pro rebus vngendis.

Ista scripta cerota reperiuntur in antidotario diui Desue: et inferi apparet alia descriptio que inuenitur in suo gradatim.

Cerotum de euforbio in capitulo de spasmo. et olei de cinamomo: aut olei antiqui lib. j. cere citrine. i. vsualis. 3. ij. euforbij boni et recetis. 3. j. misce et fiat cerotum: et vngat spasmatum locus et est mirabile.

Istud cerotum non est multum in usu.

Euforbium vero est gummi excedens omnia genera gummi in calefaciendo et subtilizando. Plinius ait. rex tuba inuenit herbam euforbiam medici sui fratris nomine: cuius regis de ea volumen extat: inuenit eam in monte athalante. Spectatur folijs acantis eius tanta est ut succus eius vel longinquo recipiatur incisa conto suscipitur ventriculo edmo locato. humor lactis videtur effluere Cerotum pro capite secundum Bartholomeum motagnanam in suo antidotario. Recipe laudant: gummi: elemi: sandarace. id est vernicis oliban: storacis liquidus: et sicce resine. id est pint. ana. ad libitum. misce: et fiat cerotum potest addi mirra et esset fortius: et hoc fac apud necessitatem.

Istud cerotum est in usu multum apud chirurgicos.

Gummi elemi. apud nostros auctores non reperit scriptum aliquid. de eo tamen est notum omnibus: secundum quosdam est gummi cuiusdam arboris que reperitur in regione sic appellata: alij dicunt quod est gummi arboris dicte elimus: alij dicunt quod est gummi cuiusdam arboris que reperitur in terris indice cuius fructus lnei appellantur: alij dicunt: et hoc videtur scriptum in vno loco quod gummi elemi est gummi citri: nam sine dubio gummi elemi est coloris citrini: sed hoc non est affirmatum.

Storax liquida. id est sigia storax sicca. id est calamita in isto ceroto debet ponit storax liquida et sicca. id est calamita.

Cerotum de storace ibidem. Recipe laudant asphalti: arthamite: mirre: calami aro. squamam. 3. 5. ameos: amomi an. 3. 5. pic. naualis 3. viij. fiat ex his cerotum secundum artem supra addatur storax calamita.

Istud cerotum non est in usu. Storax secundum Dioscoridem lacrymum est arboris eiusdem nominis. eligenda est autem storax que est ruffa et pinguis et resine similis frustatim subalbida et odore plena et perseverabilis: que cum malaxatione humiditatez dimittit ex se similem melli viscida naturam aliter et odorata calefaciens. Auicenna in secundo cano.

tria capitula de storace facit. vñ quod dicitur lubne. i. arbor sigie. aliò de storace. z ibi ait ex mente Diasco. q̄ ipsa est species storacis: z apud quosdam est gummi oliue: z ipsi quidē suffumigatio ponitur loco suffumigationis thuris in omni re infra habz aliud capitulum de storace: z ibi ait storax humida: alia est que extrahitur per seipsam gūma: z alia est q̄ extrahitur cum decoctōe: per se autem extracta est citrina: z quando antiquat declinat ad aureum colorem: z est abundās sed que extrahitur ex cortice est nigra.

¶ Asphaltum fm̄ Dia. est bitumen iudatum z eius aliud est aridum aliud liquidum: sed aridum gignitur in iudea fenice sidonia: q̄d est primum z tondi potest vt cetera pigmenta: liquidum vero generat in babilonia z polonia z sicilia reperitur autem innatans in fontibus. z infra scribit aliud gen^o quod neq̄ ferrum neq̄ aqua rumpere potest nisi tantum menstrua mulierum aut sanguis hircorum. z si volueris rumpere: sic rumpe. tolle filum laneum z intinge eum in sanguine: sic hinc inde circumponendo. Plinius bitumis sulfuris prima est natura. est altus sim^o a iude lacu emergens in siria circa sidonem oppidum maritimum: asphaltus vero q̄d bitumē iudaicus est stercois demonis vocatur a qui busdam: est napa z petrolium vnius generis sunt. Bartho. montagnana in suis consilijs in consilio de medicinis habentibus cōmune iuuamentū ad nocumenta stomachi visus z auditus ait. est autem oleum de napa oleum de petris factum: z est oleū petroleū

¶ Pix naualis. i. p̄v̄sualis q̄ nigra est. Plinius pix liquida i europa teda coquit naua libus munitis mltos q̄ altos ad vsus: lignū eius piscis furn^o: vñ dicit igni extat circūdato ferro: vt p̄lm^o sudor aque modo fluat canalit hec in siria cedrum vocatur vel cedria cui tanta vis est vt in egypto corpora hominum defunctorū eo perfusa seruētur. Aut. pix est duarū speciez. vna est marina nigra liq̄da que ponitur in emplastris z est de gñe picis z alia est mōtana siluestris: z siluestris alia est liquida: et est ex arbore alie mbuc et modis alijs p̄nt.

Cerorum de galbano fm̄ eundē in suis consilijs in consilio de prefocacione matricis ex nocumento ipsius. s̄. galbani electi. 3. s̄. bde lii: mollis z subalbidus. 3. ij. puluerum matricarie. 3. i. 5. mirre. 3. 5. dissoluatur galbanum in aceto z diligenter coletur: deinde supadantur pulueres sup̄scripti: z fiat cerotū.

¶ Istud cerorum apud nos nō est in vsu. ip

se Bartho. in suo antidotario habet vñā aliam descriptionem sed non est eadem: q̄ illa solum sit ex galbano extenso solum sup̄ vno corio in forma rotūda ad modū vnius nebule. galbanum vero gūmi est satis notum.

¶ Matricaria fm̄ Sera. est acacū z dicit de mente. Diasc. q̄ habet folia similia folijs coriandri: z florem albū circūquaq̄ z in medio citrinum z habet grauem odorem z in sapore etus est amaritudo, hic Sera. allegat hec verba de mente Diasco. sed sub isto nomine non reperitur. verū est q̄ Diasco. de ipsa facit capitulū sub noie Parthemon q̄ idē est. Cerorum optimum ad crepatos cū pelle arietina. fm̄ Rainaldū de villa noua in lib. ij. in capitulo de crepatura. s̄. litargij: opti: lapidis: sedenegi. i. lapidis sangumaris: sanguinis draconis: boli armeni: mastice: armoniaci: numie: galbani: thuris: costi: lumbicorū terrestriū ana. 3. 5. p̄ctis naualis. id est vsualis: colofonie: cere albe z rubeae ana. 3. i. radice consolide mato: is medice z minoris ana. 3. ij. rosarum: mirre: aloes: ana. ana. gra. xv. palee marine: combuste galle: balaustiarū aristologie rotunde ana. 3. vj. visci. quercini 3. ij. sanguinis hominis russi lib. j. min^o quarta: conficiantur hoc modo accipe vnam pellem ednam vel arietinam cum omnibus pilis suis: et decoquatur quasi bulliendo per totū diem quousq̄ quasi tota liquefacta sit: z fiat sicut colla z parū vñ m̄ij de aqua ibi remaneat: deinde ex illa aqua accipe libras vñā optime cum staminea vel panno collatam: z adde cum eo viscum quercinum: z in olla noua lento igne fac liquefieri z bullire z cum baculo semper z continue ducas: aut per alium ducere facias: deinde lumbicos terrestres post ceram z picem addas: deinde adde terbenine. id est gummi albotin. 3. ij. postea colofoniam masticem mirram armoniacum et galbanum adde et liquefac in simul et cum baculo semper ducantur. et signum quando erit coctū est q̄ ponatur vna gutta ex eo super lapidem marmoreum seu super cultellum oleo vinctum q̄d cum infrigidatum fuerit si malaxetur optime coaguletur: tunc signum est perfecte decoctionis sin autē lento igne bulliat: z fiat z vsui rebus

¶ Istud cerotū est illud quo gñaliter vtunt doctores sub noie ceroti ad crepatos vñ sub noie ceroti cū pelle arietina. ibi Rai. dicit q̄ crepatura accidit sepe iuuem^o z robustis viris q̄ volūt nimis saltare vñ currere vñ maxima pōdera portare vñ petraa grossissimas iactare: vñ eas vñr̄ eleuare: vñ ex nimio z al-

to clamore. **Bar. mōtag.** in suo antidot. ha-
bet vnū emplastrū vsuale pro crepatis: sed
idem nō est verum differunt parū de quo in
fra. **Gentilis** in suis cōsilijs in consilio pri-
mo habet vnā aliā descriptionē: sed non
est eadem. nec ī vsu apd nos est moderni ve-
re practicanes magis laudant descriptio-
nem **Batnaldi** q̄ alias.

Litargirium est nomē cōpositū a lithos
q̄ est lapis z gnos q̄ est argentū. vnde li-
targiriū. id est spuma argētī. **Diasco.** litargi-
riū nascit̄ ex arena molopdints que combu-
sta liquefit: z sic refunditur: multi ex argen-
to hoc faciūt: z ex plumbo melius est t̄si acti-
cum fm hispanuz: tertium siculum: quia ibi
plubū abundat. ruffum vero z limpidez cri-
stis dicit̄ ex albidū argiritis: quia ex argē-
to fit: aliud cap. facit de spuma argenti: que
etiā litargirios appellatur. **Plī.** spuma ar-
genti genera eius sunt tria optima que cri-
sti vocat̄ q̄ tactica ē. hec ex ip̄a vena fit sc̄bz
argiritim vocāt̄ que hispanensis est hec ex
argēto fit sicut dicit̄ **Dia. d.** litargirio. alias
duas spectes vide ibi.

Lumbri terrestris sc̄bz **Serapī.** sunt
vermes quā do fodit̄ tera: vel arafī uentunt̄
do ipsi terunt z ponūt̄ sup neruos incisos
cōferūt̄ tuuamento manifesto. hi apud **Au-**
cen. in sc̄bo casī. vocant̄ charat̄im: z satis
noti sunt.

Colofonia. i. p̄x greca. **Au.** in sc̄bo casī.
in cap. de ratimigi ait. ratimigi noiatur colo-
fonia. z est gūma pini: z noiatur arbor eius
in scent alheres. **Jo. Sera.** in suo breuiario
in cap. de paraleli inquit. gūmi granorū vi-
ridium q̄ noiatur ratemigi. ergo ratemigi ē
terbentina idē in cap. de asmate ait. accipe
granorū pineaz sup quas est ratimigi. verū
hoc gūmi cadit sup omnes gūmas: s̄z rateni-
gi magis conuenit esse colofoniam q̄ ter-
bentinam.

Cera rubea fm quosdaz est cera vsualis:
fm quosdam est cera qua vtuntur ad sigillā
dū litteras: z hec ē opinio plurimū: q̄ ibi igre-
ditur cera alba. i. cera artificialis sicut est
notū z cera rubea. i. artificiatā. z ppter id si
ponit̄ cera alba q̄ est artificialis nō dz intel-
ligit̄ cera rubea: que fit ex cinabrio terbenti-
na z cera z oleo vt est notū apd **Apothecari-**
os. tamē hoc nō ē firmū. v̄z. si cera rubea sit
cera vsualis aut cera qua sigillātur littere.
Cōsolida maior apd **da.** vocat̄ simplicitū:
z ibi ponit̄ q̄ eius spēs sunt due: t̄n apd **Mo-**
dernos inueniūt̄ alia que media dicit̄: z raro
apud nos inueniūt̄: sed sunt ex hoibus qui lo-

co eius ponūt̄ pondus equale maioris. sed si
haberi potest: est melius.

Palea marina. i. balla marina. alij aucto-
res hanc nō ponūt̄ est autem quedā res ro-
tunda sicut boza defertur a tanua ad nos: z
ibi eius herba algoza vocat̄: hec balla igre-
ditur puluerē qui fit cōtra botium gule: vt
dictum fuit: z ibi melius ostendi.

Alscus quercinus. i. dabac fm **Diasco.** la-
chym⁹ est arbor lenis z viridis coloris de-
intus obtusum z nihil asperum colligitur z
de semine brotundo q̄ in arbore drii. id ē
quercus nascitur folia habens similia buro
hoc semen primo tundit̄ z lauat̄: z postea
coquitur. multi vero illum masticando con-
quassāt̄ fit etiā ex arbore matiani: z de piro
ex diuersis arboribus: aliquādo z in radice
arborum z in fructice inuenitur. apud **Au-**
cen. eius fructus est similis cicerti nigro nō
sincere rotunditatis: virgularis frangibilis
ex quo manus inuisantur. eius autē mine-
ra est arbor ferens glandes z malus z pirus
in quo sunt virtus aerea z aquea multipli-
cate valde: z qui ex eo bonus est recens pla-
nus coloris puri interius viridis exterius
teritur z lanaf̄ deinde coquitur hodie mula-
ti apothecarij qui se omnia sc̄re fatentur lo-
co eius ponunt̄ viscum quo vtuntur nostri
rustici ad captēdas aues: sed verus viscus
quercinus fit ex quodam fructu simili piro
qui reperitur super arbores ferentes glan-
des seu arbores quercus: z propter id visc⁹
quercin⁹ appellatur: defertur a venetis ad
nos in formis rotundis put succ⁹ liquorit̄e

Sanguinis hominis ruffi. **Bartholome⁹**
habet sanguinis humani z idem est. sed no-
stri doctores magis laudant sanguinez seu
robusti q̄ non ruffi: z oportet q̄ extrahatur
ab homine colerico: q̄ est fortioris proprie-
tatis in ista materia: et oportet q̄ iste san-
guis sit flebotomatus in vna scutella lapi-
dea vitreata: z ibi dimittatur sicca: i tantū
q̄ ventat sicut est sanguis diachonis: post-
ea vt̄ere vbi oportet. **Nicolaus florētī⁹** in
libro quarto in capitulo de nocumētis pro-
ueniētibus ex sanguine hominis: z sangui-
nis z lactis congelatoruz inquit. sanguinis
hominis colerici ruffi extractus ab eo dum
fuerit ab ira z furore semotus si sumptus fu-
erit in cibo vel potu. q̄ ipse protunc est ve-
hementis oloricitatis et inflammationis
in stomacho existens magnam efficit z acu-
tam effumationē ad caput z cura eius si nō
fuerit cōgelatus est vomit⁹: si vero fuerit
congelat⁹ educatur fluxu ventris.

Cerorum de bdello fm Leonarduz de preda palea patavium in capitulo de cura scrofularū. ꝑ. armoniact. galbani: z bdellij añ. tan- runde cuius confectio est vt recipientur ex his tribus gūmis partes equales: z in ace- eo vini fortis vsqz ad tertā diem dimittan- tur quousqz liquefiant: z deinde ad de parū sulfuris: z fiat cerotū.

¶ Istud cerotum non est in vsu: cerotuz ve- ro fm mattheum siluaticum dicitur a cera quia omne cerotum recipit ceram vel aliqd loco cere: z sic istud dicitur cerotum non qd recipiat ceram: sed loco eius habet gūmas que liquefiunt prout cera: z nota fm Sala- dinum qd sicut aloes vt plurimū est materia pillularum: ita cera vlturimum cerotorum vel vnguentorum ē materia.

Cerotū cōciliatoris coadunatiuum sissi cra- nei in differētia eiusdem. clxxxj. ꝑ. gummi elemi. ꝑ. iii. rasine purissime. ꝑ. iij. cere. ꝑ. vj. olei rosati. ꝑ. iii. s. armoniact. ꝑ. ij. terebenti- ne. ꝑ. iij. z. ꝑ. s. fiat vnguentum.

Cerotum aliud eiusdem ibidez: similis inten- tionis. ꝑ. gummi elemi. ꝑ. iij. oppoponact. ꝑ. ij. bdellij. ꝑ. s. rasine pini. ꝑ. s. cere quantū suf- ficat fiat vnguentū.

¶ Postq̄ expeditum duce xpo rerota equū est vt transeam⁹ ad vnguentū si idē annuet.

¶ De vnguentis sup antidotarū diu De. ac aliorum doctorum.

Vnguentum diafintion. ꝑ. adipis sirbi anti- qui mundi z colati: z adipis vituli antiqui mundi z colati ana. lib. j. s. colcothar: id eū vitrioli citrini. ꝑ. iij. olei antiq: z litargiri mundi añ. lib. iij. terantur litargirium z col- cothar contritiōe vltima z mundent ꝑ pan- num subtilem z spissum. deinde terant cum oleo z elaboretur in premixtiōe eorum ante parum ex oleo addēdo: z fiat illd. deinde co- letur super illud adeps. z coqnatur cum sa- cilitate agitando illud sine intermissiōe cuz ramo palmarū z extremitate eius grossa ab- iecta cute eius. z sint rami super quoz inci- sione nō preterierit spaciū: z quotiēs ex- hauritur humiditas rami a medicamine. ite- rum alterius humiditatis extremitate agitetur: neciō z aliorum ramoz partes humidiores incidant in frustra z ponantur in medicami- ne: deinde mutantur dum exsiccant. z hoc fi- at donec perficiatur eius decoctio z fiat in termino hore ignis aut sicut prune aut flā- me tenus.

¶ Istud vnguentū apud nos nō est multuz in vsu. Vnguentū autē d: ab vnguendo. Isti- dozus in cap. de odoribus z vnguentis in-

quit. vnguentū vero est omne quod ex com- muni oleo confectū altarum spērum cōmix- tione augetur odoris iocunditate sumēs: et longius redolens vnguenta aut quedam di- cuntur a locis: vt telinum cuius iuli⁹ cesar memit dicēs corp⁹ q̄ suavi telino vngimur hoc conficiebatur in insula telo: que est vna ex cicladibus: sunt z quedam ab inuentoruz noie vt amaricinū. nā quidā tradunt regiu⁹ quedam puerū amaricinū nomine cōplura vnguentorum genera furentem casu prola- psū esse z maiorem ex cōmixtione odorem creasse. vnde nūc optima vnguenta amari- ciana dicuntur. sunt ex genere floz.

¶ Diafintio d: a dia qd est cōfectio: z finto d: de dactylis. nā diafintio d: dactyl⁹. tñ De. hz vnguentuz diafintio. non autē hoc d: a dactylis: sed potius a palma fm Mattheum silua- ticon vocatur vnguentū palme qd dia calca- dis dicitur verum est qd possunt sic dici. tñ Desue iterū scribit vnguentum palmeū: qd non est idem differunt inter se. hoc vnguen- tum d: diafintio. qz cōficiē cū ramis palme

¶ Zirbus est pinguedo inuoluens intestina et hec pinguedo in terra nostra nominatur radcella.

Vnguentum arabicum. ꝑ. foliorū cheiri: sal- ue: traquilon acetosi. acori. añ. lib. i. terantur cōtritiōe bona z funde super ea in vase lapi- deo olei rosati: aut murtini: z adipis sirbi an- tiqui: z colati añ. lib. ij. s. dimitte ꝑ dies no- nē deinde accipe mirre mūde: aloes succo- trensis añ. añ. viii. sarcocolle añ. vii. teran- tur z cribentur: z projiciant sup ea in vase a- lio lapideo: vini albi: aut succi amoglose lō- ge. i. plantaginis maioris in quo cocta fue- rint ex folijs earūde herbarū. añ. ꝑ. iij. et sit vini aut succi: qd funditur super ea q̄ntitas sufficiens ad dissoluedum ea. z dimitte ꝑ dies sex deinde redeas ad herbas z decoque cum oleo z adipe ebullitionibus duab⁹ z cō- la. z exprime oleū z adipem z. ꝑ. eius exp̄ssi- onis lib. iij. s. litargiri mūdi z triti cōtritiōe vltima lib. iij. z in alto lib. iij. s. calcadis. id est vitrioli albi. ꝑ. iij. z terant z coquāt sicut superius diximus in vnguento diafintion.

¶ Istud vnguentū fm intentionē De. est vn- guentū diafintio. postea ait. qd est descriptio arabica: est vnguentum arabicū: nō autē dici- tur arabicū a gūmi arabico: sed dicitur ara- bicum: qz in illis partibus fuit inuentum: et vtuntur ipso: s: nos raro.

¶ Cheiri arabice. est plāta que flores citri nos seu aureos producit et est viola citrina Auerrois in quinto colliget. aut alchetri est

vsola de romanía. Serap. cheiri est planta nota habens diuersitatē in specie sua que a diuersitate florum cognoscit. nam quedam habent albu: quedā purpureū: z quedam citrinum: que habet citrinū melior est z aptior in medicina: z satis est nota.

¶ Trifolium acetosum. i. trifolium acetosuz quidā dicūt qd est falsum: quia reperitur in Nicoloa trifolion: z ibi dicit qd trifolion dicitur a viridibus folijs ruthe que in eo ponuntur: z dicunt qd hic idem intelligit: sed ignoramus: nam in aliquibus codicib? Desue antequis inuenitur trifolium acetosuz qd melius est: z est herba dicta aleluia siue panis cuculi: que in sapore est acetosa. preterea vide apud Mattheū siluaticū in cap. de pane cuculi que dicit de isto trifolio.

¶ Vnguentū ceraseos magnū. ꝑ. armoñaci. ꝑ. i. bdelij: olibani masculi. i. thuris: aristologie. s. rotūde: sarcocolle ana. ꝑ. v. mirre. gatbani ana. ꝑ. iij. litargiri. ꝑ. xv. aloes: opponacis ana. ꝑ. iij. refinē. ꝑ. iij. cera albe. ꝑ. ij. oeli qstū sufficit. armoñaci z bdelij dissoluant in aceto. litargirium teratur z decoquatur cuz oleo donec liquefiat: z tūc remoueat ab igne donec infrigidetur puruz: z proijce sup armoñaci z bdelium dissoluta in aceto z reduc ad ignē donec coagulatur z post illud proijce sup ipsum reliquas medicinas: z admixtetur.

¶ Istud vnguentū apud nos non est in vsu sub isto nomine verum fm chirurgicos est in vsu sub nomine vnguenti apostolorū. z sic sine dubio si legis hanc descriptionē cum descriptione vnguenti apostolorū quā Auic. describit videbis qd fere sunt idem. Petrus argillata in capitulo de medicinis mundificatiuis vel astrēsiuis habet vnguentū apostolorū mundificatiuū. z est descriptio Aulcen. z in fine eius descriptionis ait. z si bulliat vsqz ingrossationem vocat ipsum Des. ceraseos: z dñs magister Antoni? de ianua gratiaz dei. quia mire rectificat vlcera maligna. Nicolaus florentinus in libro. vij. in ca de medicina abstresua ait: sic aliud de gummis ad mundificandum sanie grossam ꝑ. galbant: armoñaci: refinē: z terbetūne et cetera. postea ait. cōficiatur vnguentum ex eis: z est vnguentum apostolorum: z hoc vnguentum quando decoquitur donec ingrossat vocatur a Desue vnguentuz ceraseos z a quibusdam vocatur. gratia dei: quia mirabiliter mundificat vlcera maligna sꝑ vnguentū gfa det ē alt apud nos: de quo infra. Vnguentum de arthanita magnū. ꝑ. succi

arthanite lib. iij. succi cucumeris asinini li. i. olei ꝑzini. i. de ꝑreos lib. ij. butiri vaccini lib. i. pulpe colloquintide. ꝑ. iij. polipo dñf. ꝑ. vi. euforbij. ꝑ. 5. q terenda sunt tere z submerge in succis z oleis: z pone in vase vitreato stricti officij z stringe caput ei? z dimitte per dies. viij. deinde bulliat totū ebullitione vna z coletur. z proijce super colaturā serapini aur. v. mirre aur. ij. ita qd resoluatur ꝑz? in aceto vini. z aggrega oīa sibi: z bulliat agitando semper cū fuste vsqz ad succi fere cōsumptionem. tunc ꝑijce super ea cere. ꝑ. v. fellis vaccini aur. vi. ferueat cū eis vsqz dū liquefiat cera: deinde puluertiza super ea sicur sterendo scamonee aloes mezereon. i. herbe oluelle colloquintide ana. aur. vi. euforbij aur. ij. salis gēme aur. iij. turbitij aur. v. piperis longi zinz. camomille ana. aur. ij. conficiantur z admixtetur.

¶ Istud vnguentū est vrsu maxime fm istā descriptionē que magnum nuncupatur: parum vero nō tantū. idem Desue in capitulo de arthanita habet duas alias descriptiones que idem sunt.

¶ Arthanita: fm Aui. in scdo canoñ. est buchormarien: tamen miroz qd idē in. iij. canoñ. in fen. xvi. in cap. de compositione solutiuozū eius qui habet colicā ex ventositate aut materia flegmatica de quibus sunt clisteria ponit ibi buchormariē z arthanitā. ergo falsus est textus scdi canoñ. Basis in nono Almafors in capitulo de colica habeat idem in capitulo de appoplezia in clisterijs idēz habet. Aui. autē in. ij. can. dicit arbor marie est buchormarien. z tam dictū est de ea: z est trium specierū. vna species eius sine fructu z due cuz fructu. ego nō intelligo quid velit Aui. ꝑr talia verba: nam arbor marie est rosmarinus z buchormariē fm ipsum est arthanita qd nō est possibile: error vero qui inuenitur in ipso apud me nūqz separabitur. hodie generaliter habetur opinio qd Basis in illo loco errauerit ponere buchormariē z artanitam: sed nō recte: quia in hac inuenitur differentia que reperit inter scedenegi sine h. z iter scedenegi: cum. h. si multiter est differentia inter buchormarien scriptum cū littera. t. z inter buchormarien scriptum cū littera. c. nā ibi Basis hꝑ buchormarien scriptū cū c z hec ē arbor marie siue rosmarinus. si vero reperias buchormariē est vela artanita de qua vide Serap. in ca. de ciclamine qui inquit buchormariē. id est ciclamen in cap. vero de arborie marie dicit qd est libanotis. ergo est rosmarinus: z sic si

bene legeris videbis q̄ buchormarie est arbor marie et buchormarie est ciclamen seu arthanita. Franciscus de pedemontium in capitulo primo de dolore intestinorum et medicinis eius ait. buchormarie est radix piritri vel maliterre: quod est falsum. nam buchormarie non est piritrum. verum si diceret buchormarie est malumterre: sed non piritrum.

Unguentum de arthanita paruum. ℞. succi arthanite et viscositatis que mulgetur ex radice filicis et succi chameneles. an. ℥. viii. succi extracti tamarisci. ℥. ii. olei irini. lb. ii. ysopti humide. ʒ. v. armoiaci. bdelij an. ʒ. i. s. acetici quantum sufficit: cere citrine. ʒ. vi. corticis radicis caprorum. ʒ. i. s. spice. s. nardi. ʒ. ii. fiat sicut superius diximus.

℞. Istud vnguentum de arthanita paruum non est in usu. Verum sunt ex herbis que faciunt unum pro alio: quod in isto pauciora simplicia ingrediuntur: sed non recte faciunt.

℞. Filix sive Psidiorum a singularitate folij dicta dicitur ex vna virgula altitudine cubitali vni scissis foliis gignitur res applicata velut penna. Dia. autem de ipsa duo facit capitulum. vnu de dipteris. aliud de feliteron: sive vero Mattheum siluaticum dipteris est politum: sed non recte. nam si legis capitulum de dipteris apud Dia. cum capitulo de filice apud Sera. videbis quod idem sunt. ipse vero Serap. in vno capitulo loquitur de masculo et femina. Aut. in. ii. canonis duo capitula facit. vnu de cildaru. et aliud de sarace. hec apud Dia. nascitur sine semine sine flore et sine herba: sed quidam modo dernoium dixerunt quod in nocte sancti Johannis. alij vadunt ad locum vbi filix nascitur: ibi stant per horas tres et dicunt quod cito in illa hora filix gerit florem post semen. deus melius scit.

℞. Chameneles istud vocabulum est corruptum. nam quedam descriptiones dicunt cauchenzig. quedam cameacts: quedam cameactis quod melius est. et sic hodie habetur optimo quod debeat dicere cameactis. ergo est ebullus cutus ortus est iuxta fossos. columella in libro de cultu hortorum ait. parturit et rutilas ebullas creat vuida buccas. nam neque sicca placet: nec que stagnata palude. perperit querule semper conuicta raneum que sponte sua frigiditas educat vltimos. hec est spes sambuci: et eam nostrum rusticum locum dicit.

Unguentum alhariel. ℞. alhariel. recetum. ʒ. x. assungie porcine. ʒ. x. teratur simul et dimittantur marcescere per dies. vii. deinde bullant

et colentur: et seruetur vnguentum in vitri vase et administratur vbi oportet.

℞. Istud vnguentum apud nos non est in usu verum ut dictum fuit chirurgici vntur ipso sub nomine ruptorij de cantaridibus: et dicunt quod alhariel sunt cantarides. sine dubio videtur habere eadem virtutem preterea in fine practice dmi florentini. videlicet in antidotario habetur vnguentum alhariel: et ibi ponit ad litteram quod sunt cantarides. ergo vnguentum de alhariel est vnguentum de cantaribus: infra apparet vna alia descriptio sub nomine vnguenti de cantaridibus: sed non erit eadem.

Unguentum rosarum. ℞. assungie porcine recetis quantitate quam volueris: et lauet in aqua calida nouies: et tantum de cuius aqua frigida lauatione vltima: deinde terantur cuius ea rosarum rubearum recentium quantum ipsa: et dimittantur marcescere per dies. vii. deinde coquantur cum facilitate: et colentur. et iterum tantum de rosarum terantur. et dimittantur per alios septem dies et fundant super ipsum succi rosarum circiter parte. s. olei amigdalinum partes. vi. et iterum coquantur cum facilitate vsque ad succi consumptionem: deinde reponatur et administratur: et quandoque distillatum in aqua rosata parum oportet: et proiectur in decoctione: et est mirabile vbi oportet: et prope quando vigilans adsunt.

℞. Istud vnguentum est in usu. dicitur autem rosatum propter rosas quas recipit. Dia. scorides rosa aquosa colore mixta est. due generantur in ea qualitates alterne scilicet stiptica et amara. flores autem eius plures sunt stiptici: et ideo plus desiccantur.

℞. Assungia porcina pinguedo est satis nota. Serapio ex auctoritate Galieni ait. in capitulo de pinguedine quando animal est humidum generatur in eo pinguedo: sicut porcus et quando est siccus generatur in eo adeps sicut thaurus: capiat alia que habet cornua. Dia. scorides in capitulo de assungia cuius tunica ait in illo capitulo de confectione que sine sale est pessarius miscetur assungia porcina et vltima conficitur sicut docet ibi.

Unguentum violatum valet sicut rosatum et confert pleuresi et inflammationi pectoris. et fit sicut vnguentum rosatum. hoc apud nos non est in usu ut est rosatum.

Unguentum basilicon magnum. ℞. cere albe resine scilicet et rasine pint. septi vaccini: picis scilicet naualis: glutinis olibant: mirre an. ʒ. i. olei quantum sufficit in alio: cere. ʒ. vi. picis. ʒ. iii. et aliorum. an. ʒ. i. s.

¶ Istud vnguentum est in vsu: maxime fm ista descriptione. aliud vero qd dicitur minus non tantum. Aut. in quinto canonis habet duas descriptiones sicut habet Mesue. sed non concordat cum istis veru differunt parum. dicitur autem basilicon: non q basilicon. id e osimū ingrediatur. sed fm quosdam dicitur basilicon a suo compositoze. nā basilicon seu vasilicō interpretatur regale seu imperiale. nā greci vaseia regē seu imperatorem dicunt. inde basilicon vnguētū regale est terafarmacum.

¶ Glutē olibanū. id est tus. quidam autem crediderunt q per gluten olibanū intelligerentur due res vs per gluten terbentina: z polibanum thus: z hoc approbatur. qz Auc. ibidem habet loco verus glutinis alimbac. i. terebentina: sed veritas est q per glutē olibanū intelligitur solum thus: quod satis est notum: sed Leonardus de preda palea. in capi. de cura vicerum in generali: ibidē habet glutinum albotin: z olibanum. ergo debemus ponere in isto vnguento terbentinā z thus: qz satis cōuenit: tamen fm intentionem Mesue solū thus debet poni.

¶ Vnguentum de bdello. ꝑ. bdellij. 3. vi. eufoz: bis. 3. iiii. castorei. 3. iiii. serapim. 3. iiii. cere. 3. xv. olei sambucini: aut olei d cheiri. 3. x. bdelium z serapinum dissoluatur in aqua ruthe agrestis. id est mole. cetera lmanā cū aqua calida: z fiat vnguētū z limat cū eo.

¶ Istud vnguentū est in vsu.

¶ Bdellium est gummi arboris que nascitur in terris arabiz: z melius ex eo est illud quod est amarum clari coloris in se non habens ligna nec sordes.

¶ Vnguentum filagrios ad spasimū. Recipe cere. 3. iiii. isopi humide: succi rute agrestis añ. 3. ii. eufoz: bis. pipertis armoniaci: croci: olei balsami: castorei: glutinis alimbac. id ē terebentine: oppoponac: añ. 3. ii. stigie. id est storractis liquide. 3. ii. 5. olei optum sufficit.

¶ Vnguentum aureum. ꝑ. cere citrine. i. vsualis. 3. vi. olei bont lib. ii. 5. terebentine. 3. ii. resine colofonie. i. picis grece. añ. 3. i. 5. olibanū: mastics añ. 3. i. croci. 3. i. misce z fiat vnguentum.

¶ Istud vnguentum est in vsu. dicitur autē vnguentum aureum: quia est optimum z excellentius inter alia vnguenta: sicut est aurum prectosuz inter metalla. Leonardus de preda palea in capitulo de viceribus ambu latius habet vnam aliam descriptionē: sed non est eadem. Nicolaus florentinus in li-

bro secundo in capitulo de maturatione vicalarum: z cura ipsarum post appartitionem inquit sic. z quandoqz confectio vnguētū de cerusa: z litargirij: z vnguētū rubet est bona ad vlcera violarum: z hoc vnguentum est illud quod ponitur in antidotario: z hoc vocat ibi vnguentum aureuz: hoc ego ignoro qz Aucenna in quinto canonis habet vnguentum rubetū: quod idem non est Hilbertus de anglia in capitulo de cura arthetice: fm magistros habet vnam descriptionē vnguētū auri: sed non est eadem.

¶ Vnguētum de cerusa ad flegma sal sum: z scabiem siccam. ꝑ. ceruse: merdasengi añ. 3. vi. plumbi adusti: scozte argenti ana. 3. iiii. mastics: olibanū añ. 3. ii. 5. olei rosati: z aceti: qz tum sufficit terantur in mortario: z ponatur prius oleum post acetum. ana. parum infundendo: ita q sine intermissione teratur: nūc hoc nunc illud infundendo donec impinguatur. si autem eo indiget prurtum habet argenti viut. 3. v. adde z administra. z quandoqz apud necessitatem adde zintar. 3. ii.

¶ Istud vnguentum est in vsu. solum sub nomine vnguētū de cerusa ad flegma sal sum: sed quando medicus ordinat vnguentum de cerusa simpliciter intelligitur vna alia descriptio que inferius apparebit.

¶ Bartholomeus montagnana in suo antidotario habet vnam aliam descriptionem: s; non est eadem nec in vsu venit.

